

*At Theophrastus φύσιον χρώματα καίδον ὄμοιον, τὸ δέπλινον οὐ περι-
σι. Hic nihil nigroris intelligas: tanto minus illius maximè
nigri. Alpine Vitravius nullam facit mentionem. Venetiis
quandam arborem (si recte memini) Aire, vocant. Nescio
λέγεται ne sit, an rugosus. Non enim tunc licuit nobis plantarie
rei vacare: sed, ut ludamus, potius planetuarie.*

Azarus juxta *S. adas*. *Sanx insuixum orationem*, *Theodorus* condidit, sed parte altera sine angulo. *i. griseo*. *In-*
tellige rhô *μιαν*, scilicet, *ρωνιαν*. *Quod superest*, non est
prætermitendum. *In libro eodem Plinius*: *Montes amant,*
Cedrus, Larix, Populus, Ornus, Carpinus. *Haud ita multo*
pôst eodem capite: *Non nisi aquosis proveniunt Salices,*
Alni, Populi, Siler. *Loca sunt diversa & contraria*. *Fal-*
suum quoque est Populus amare montana. *Hunc errorem Ru-*
elliuss temere est sequutus. *Opulum legerem*, *sed Plinius ex*
Colunella cùm posset accipere, *nihil dixit*, *nisi hic dicere*.
Cæterum suprà cap. 4. Theophrastus quoque Populum mon-
tanis attribuit. *Verum cùm multa enumerarit*, *& subdit*,
rhô *μιαν* *τοῖς μέδοις*. *& ponat*, *Populū*: *non videtur ferendum*.
Primas enim partes locorum videtur deferre Populo ex mon-
tanis: *secundas autem τε μέδαι*. *Dicit enim rhô* *μιαν* *τοῖς μέ-*
δοις. *At quis Alno*, *quis Salici* *hanc assignet naturam?* *Habet*

siquidem eam vim conjunctio illa, sc̄q; ut cū montana
constituat, addat & campestria. Et acius corripondus
Plinius, qui cum amare mones Populum dixerint (mag-
num verbum ac praeponens est, amare) subdit de eadem,
illa: non nisi aquosis, neque dicas montana aquosa. Fuga
enim est. Legiſem apud Theophrastum: τὸ ἀλόγονον
sine coniunctione, κρεατί. Verūm regreia, vētuit, & πλεῖστα, &
σπουδαὶ & alia.

Φλοιὸν δὲ παχύτερον, τὸ λόγκης. Theodorum legit, οὐ τὸ λόγκης.
Ευφρεποῦς δὲ κρῆνα ἡ κλαῦθρα. Aliud caput. Legit ἀκορτωτός.
Theodorus ex Plinio. Folium est avellanae non pyri,
ut ait.

*Σημεῖον οὐδὲ. Alind caput. Betulam Theodorus. Agnoscit
Theophrastus ὁ τὰς βακτηλίας λεγούσις. πέρι ἄλλο οὐδὲ γένιον.
Plinius utilitatem etiam ad scuta. Minus notam ac frequen-
tem arborem nimis leviter percurrit. τὸ φύλλον ὅμοιον τῷ κα-
λυπτόν κεφαλῇ. Theodorus refugit Iuglandis interpretatio-
nem. Et est ratio. Non enim notis rebus addimus voces illas,
τὸ καλέσθρον, τὸν καλυπτόν.*

⁸ H. Δικαιολογία. Scribendum esse suprà docuimus, ἀρχετίναι
et quid esset dubitandum, monuimus. Hinc diversum à su-
perioribus caput instituendum est.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Magnitudinem omnem absolute complectitur, sed etiam cum specie positum ad amplitudinem restrin-
gitur, ut hoc loco. *"Εἰνον τὸν αὐτόχθονα, απότιμον τὸν καρδίαν.* Libenter
legerem pro αὐτόχθονα, τοιληγε. Nam ratio procederet. Atque
alioquin in duriissima materia medulla καρδία appellatur, ut
dicet lib. 5. cap. 7. ubi, Καὶ ὅτι πάσα ματρίξ ἔλατος, καὶ αἱ τοι-
ληγέτας, τοιληγέτας καρδίας καλέσον. Nec mihi satis arridet
illud *"Εἰνον τὸν αὐτόχθονα, τοιληγε.* Certè sic legendum hec inversa, τὸ
corrupta, ἐινον τὸν αὐτόχθονα, τοιληγε. Res enim ita, nec quic-
quam absurdī consequitur.

Θραμματα πολυτελη. Non fore intelligit, sed vel fortium assamenta, vel potius cardines, id est, τας φριγιας τη θεωρη τη πολυτελη, ut dicet lib. 5. cap. 5. Sed ipse ibidem cap. 8. de hoc loco loquens seipsum exponit, τας φρονις, inquit, οπισι ειπειν, τας θεωρης πολυτελης ποιηση. Plinius lib. 16. cap. 40. Rigorem fortissimam servat ulmus, ob id cardiniibus assamentisque portarum utilissima, &c. Νομιζουσι ακαρπον. Theophrastus nihil asserit, sed aliorum opinionem producit; Illique gravem injuriam faciat, si quis ex hoc loco concludat ipsum ulnum sterilem pronunciasse. Immo dicebat hujus libri cap. 1. ιτι και τα δεκατετα ακαρπα ειναι θεωρη φρονις οιος πλειας, &c. Et horum vera est opinio. Nam ulmi generasermen ferunt, vocaturque Samera apud Columellam, vel Samara apud Plinium. Sed Plinius lib. 16. cap. 17. ponit 4. genera, cui Attine& ulmi non ferunt samaram; cum tamen Columella lib. 5. cap. 6. dicat, Atiniam (sic enim scriptum) ulnum ferre sameram. Nec in divisione convenienter. Ulmorum, inquit Columella, duo esse genera convenient: Gallicum & vernaculum: illud atinia, hoc nostras dicitur. Plinius 4. enumerans Attineas, & Gallicas, & tertium (ut loquitur) nostrates, & quartum sylvestre posuit aliterque distinxit. Εις αυρινον, omnino legend. καιρον, ut copiose hunc locum exposimus & castigavimus & ostensio Plinii lapsu, in Lexico in voce καιρος. Sed & idem author noster supralib. 3. cap. 8. dixit ulnum etiam ferre τη θεωρη, id est, ut alibi, & καιρον. Vide Lexicon Crispini in voce Καιρος. Ουκ ιπσικεπται, non observatur, non anim-

advertisit. Sed hic videtur habere vim Impersonalis verbis, ut Latinè non observatum, id est, non deprehensum est observatione.

Eukarpia ἡ μαρούλης καὶ. leg. *Ικρατος* ἡ ε μαρούλης, &c.
Fert fructum alnus compactili callo instar exigui strobili.
Et supra cap. 6. egit de alni fructu. Errat vero Plinius ita
scribens lib. 16. cap. 26. Fructum arborum solæ nullum
ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix scopis tan-
tum nascens, populus, alnus, ulmus attinia, &c. Nam ha-
omines frugifere. Alni flos βενώδης purpureoescens. Alnum
vocabus Aune, Itali Alno, Alano, Aunia, Onio & Onato
Hetrusci. *Oposos* απίσι. corruptus est locus, restituendum κα-
ρπός. Nam & capite sequenti dicit nachi avellanae folium τοῦ
& κλήτεως οποιότερον. Plinius alno crassissima folia tribuit.
ηλικης. nota hēc τῷ ηλικῃ substantivē accipi.

Σεπεδον. Betulla, sive betula Plinio, quam terribilem dicit magistratum virgis. Ejus viminibus ceduntur pueri. Vnde nomen à batuendo (non à bitumine, licet ipso authore ex ea bitumen excoquatur) quasi batula, quæ nobis vulgo Bouleau, Italis Biola, Belula, & Bedola. Καρυά. Betula folium nucis avellanae, aut juglandi non habet, sed accedit folium Tiliae. Sed sunt nucis permulta species, & quadam incognitæ, ut hæc de qua hoc loco. Enī anno j. edv. Hic non agit de betula viminibus quæ flexibilia circulis, corbium sponte, vinculis scutisque faciendis aptissima. Est enim hæc arbor inter lentißimas.

Kolortia, malim hic *κολυτία* por̄ fota, ut differat à *colytea* de qua infra. Hanc coliteam, arborem salicis folio, nulla ratione putant quidam Senam esse; qua *colytea* nec est, nec *colutea* de quibus cap. I⁷. παλικέρων potest etiam referri ad arborem: sed de *siliqua mala* interpretari.

Σπάνιον. cuius tamen non paucæ exempla. Nam in illis sunt præter ηγαντίας, κρεπτίας, Εκερπία, anagyris utraque, Εκακία Dioscoridi, id est, δικαιοστος Theophrasto, atque aliae ut ipsi cercis supra lib. I. Εκ infra colutea circa Liparam, fraxinus præter genestam Εκ spartum, Εκ opulus, Εκ cassia nioria.

IOANNIS BODÆI A STAPEL.

Pterea ~~etiam~~. ~~ad~~ ~~deinde~~, inquit Hesych. ~~καὶ πάλιν.~~
Si ab urbe quadam nomen non impositum, non vi-
deo cur ~~etiam~~ dicta sint. Ulmi, inquit, esse genera
duo; ulmum, & ulmontiam, id est, ulmum montanum.
Plin. lib. 16. cap. 17. quatuor genera docet esse. Graci
duo ejus generanovere; montosam, quæ sit amplior: campe-
strem, quæ fruticosa. Italia Atinia vocat excelsissimas,
Et iis siccanae præfert, quæ non sunt rigue. Alterum genus
Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, Et ab eodem pe-
diculo numerosiore. Quartum sylvestre. Atinia non ferunt
samara, ita vocatur ulmi semen, omnesque radicum plantis
proveniunt, reliqua semine. Plinius ~~καὶ πάλιν~~ separare ex
Columella constat, qui duo ulmi genera esse ait lib. 5.
cap. 5. ulmorum duo esse genera convenit. Gallicum Et ver-
naculum: illud atinia, hoc nostras dicitur. Gallica ergo &
Atinia una eademque ulmus, ut etiam vernacula, & no-
stras. Hæc male separavit Plinius. Atinia idem samaram
ferre negat. In antiquo codice scribitur. inter quas ati-
nia non ferunt. Samari mita vero vocatur ulmi semen.

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

In antiquissimo codice Columellæ impresso Regii 1548.
scriptum est *amera*; pro qua voce in vulgaris *samera*. Vera
lectio videtur esse *samara* vel *samera*. Plin. lib. 17. cap.
11. *Vlmorum, priusquam folio vestiantur samara colligenda*
est, circa Martias calendas cum flavescere incipit. Negat
atiniam ferre sameram; contrarium docet Columella.
loc. cit. Atiniam ulmum Tremulum Scrofa non ferre sa-
meram (quod est ejus arboris semen) falso est opinatus.
Nam rariorem sine dubio creat, & idcirco plerisque (in
quorum numero Plinius) & sterilis videtur, seminibus
inter frondē quam prima germinatione édit latentibus.
Itaque nemo jam serit ex samera, sed ex sobolibus.

Διαφέδ. Eadem videtur agnoscere differentiam inter atiniam sive Gallicam nostratem, sive vernaculam ulmum Columella. Et quidem atinia ulmus non alia videtur, quam quae à Theophrasto ~~πεπλάνηται~~ ulmus vocatur. Est autem, ait, *ulmus* (de atinia loquitur) longe létior & procerior, quam nostras, frondemque jucundiorem bubus præbet, qua cum assidue pecus alueris, & postea generis alterius frondem dare

dare institueris, fastidium bubus adfert. Itaque, si fieri potuerit, totum agrum genere uno atiniæ ulmi conseremus. Sin minus, dabimus operam, ut in ordinibus disponendis pari numero vernacula, & atinias alternemus. Ita semper mixta fronde utemur, & quasi hoc condimento illectæ pecudes fortius justa cibariorum conficiant. Videmus in quibus ulmis atinia à vernacula, sive nostrate differat. Eadem ferè tradidit differentiam de ulmo, almoniaque Theophrastus.

Ulmus.



Nam ulmus frutici propior, altior & procerior ulmontia. Recentiores alteram proceram, alterā latam vocant ulmum. Procerā in montibus provenit, lata campestribus.

Campestris ab imo ferè frequenter ramosa; crassa ailioquin & procerā etiam arbor. Trunci cortices exteriores crassi, rimosi, ac scabri sunt; interiores vero, lenti & flexiles; veluti & ramulorum, qui non minus quam tiliæ obsequiosi, ac flexu invicti sunt. Ex corticibus interioribus lagenas confici, auctor Bellonius. Ligni substantia solida, ac sufflava, buxo non dissimilis. Folia lata, rugosa, venosa, indivisa, ambitu crenata, longiora quam pyri, quadrupedum nonnullorum animantium, ac præcipue boum, pabulo grata: in quibus folliculi, (de quibus supra egi) superiorē parte eminentes gignuntur, præter exiguis veluti culices; (de quibus vide cap. 8. hujus libri) liquorem continentis viscosum, ac lentum, cosmeticum, ad vulnera accommodatisimum; qui quandoque solis calore induratus, guimbi instar concrescit: semē tenue, planum, rotundum, membranosum, foliatum magis quam atriplicis, quod inter folia & sub ipsis latitat, per maturitatem in auras avolans: radix non in altum dimititur, sed per obliquum spargitur. Notatu omnino dignum, quod diligentissimus Carolus Clusius observavit: Nempe ulmorum, juxta Thormium amnum, in Hispania nascentium, quasdam radices in tenuissima stamina definere, quæ cum à præterlabentibus aquis perlunguntur, rubescens colorem contrahunt, in quibus exigua quedam animalcula, exquis locutis similia nascuntur, & latitant, quæ piscatores in escam capiendis piscibus colligunt: quæ vero adolescunt, ex radiculis emergentia, instar terrestrium locustarum evolare, postea certo tempore in aquas ad suum genus conservandum remare. Amat loca campestria, plana, ulmus: latum humidumque non respuit solum; juxta fluentia, vel scrobes aquas habentes fœliciter gignitur, & facile in altitudine assurgit. Folia sub finem Aprilis in Belgio erumpunt. Quo tempore semen non modo prodit, sed & perficit, ac vento mox dispergitur. Liquor & folliculus Iunio mense colligi potest, priusquam densari incipiat. Montularia campestri non multum dissimilis, præalta hæc & procerā ar-

bor. Hujus materies lignosa multò durior est, & ad opera idcirco usurpatur, quæ pondus ac vim sustinent, ut sunt cochlearæ, & molendinorum rotæ. Folia hujus rugosa similiter, & ambitu ferrata sunt, veluti campestris, sed adversa parte læviora, dilutius virentia, etiam quam prioris longiora; quæ ubi reficcatæ sunt, gratum olen. Ab his verò folliculi nulli exeunt, aut nascuntur, minusque grata sunt bubus. Semen prioris satis simile. Paulò serius folia & semen prodeunt, perficiunturque. Locis montosis, ac arduis, densisque sylvis genus hoc nascitur, veluti in Arduenna sylva &c. Ex his quam pulchre & candidè hanc arborem delineaverit Theophrast. nemo non videt.

Tάπανον οὐτε ιφιδρόν φίλαι. Id de ulmo vulgari, ac campestris. Altera enim, loca amat ardua & montosa, ut jam dictum est.

Καὶ τὸ ξύλον &c. Non est deforme lignum ulmi, sed λεγεται, bene coloratum, sufflavum, buxei coloris. Non tam puto scripsisse Theoph. λέγεται. Nam cum flavum dixit, satis indicavit, esse eleganti colore. Durum etiam est. Poteat ergo restituī συλλογὴν. Malo legere ιχνογράφη, εὐθεῖα, & γραμμή. Licet revera lignum ulmi viscidum renaxque non sit. Plin. libr. 6. cap. 40. Est lentitia platano, sed madida, sicut alno: fiscior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior. Lege γραμμής, quod ulmus decorata, ac etiamnum viridis, lignum visciditate quadam obductum ostendat, quæ ubi reficcatur, perit. Hanc non à se habet, sed ab interiore illi adhæret cortice, qui flexilis, latus, viscidus, tenax. Duxi supra, ramulos esse tenaces; hac de causa ex iis virgæ siebant, quibus servi percutebantur. Hinc apud Plautum, servus ulmi turbā, & ulmorum Acheruns vocatur. Quod ex hoc loco probatur, ubi servus ait; Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.

Οὐρανοπατη. sunt postes januæ, vel potius cardines. Καρπατα τὸ θεῖον, cardines οἰστοριῶν. Vide Doctif. Robert. Constant. Annot. Item lib. 5. hic.

Αναργετον. Rectè contra recentiores, hoc loco, semine ulmū carere, concludi non posse, docet Constantinus. Quomodo vox ἀναργετον exponi debeat, supra lib. 1. me dicere memini. Videat lector: locus est satis memorabilis, & haec non observatus, quod loco citato ex Pollice docetur.

Κωρυνγια. De ulmi folliculo, humore sive gummi, quod ex eodem nascitur cachry, copiosè supra cap. ult. lib. 2. & cap. 9. hujus libri egimus. Hoc loco animad vertendum, in Aldino codice male scribi, καρπατη, vocemque hanc male reddidisse Gazam, nec fœlicius vertisse Pliniū. Vertit Gaza peciolum. Peciolus μικρὸς dicitur. Theoph. lib. 1. cap. 3. μικρὸς ἵστησθαι συνηρπεταῖς τὸ φυτόν τὸ φύλλον, Εἰς καρπον. Columell. lib. de arbor. Cum jam matura mala fuerint, antequam rumpantur, peciolos, quibus pendunt, intorqueto. Nec melius interpretatur Plinius. lib. 14. cap. 11. ubi inepte κωρυνγια montem esse existimavit, ac ait, Ulmo etiam in Coryco monte Cilicia ac juniperō, ad nihil utile: ex ulni verò gummi & culices ibi nascuntur. Καρπον quidem mons Pamphilie, sed eo sensu Theophrastus non accepit. Sed καρπον idē θυλάκιον, folliculus, φύτον. Hesychius καρπον θυλάκιον. Εἰς δὲ θεμάτιον αὐτον. οὐρανοπατη. Id est, corycus folliculus. est etiam coriaceum vas, utri simile. Diosc. lib. 1. cap. III. de ulmo, πάντα φύτευτα καὶ τὰ περιττώστα ταῦτα επιστρέψασθαι. ιχνον. Humor in folliculo enascens, prima germinis eruptione. Galenus lib. 12. cap. 12. καρπον in emplastro melino pro rustico πατίνης έποιησε $\epsilon \lambda \pi \tau \alpha \lambda \mu \nu$ τὸ τοῦ θυλάκιον $\epsilon \lambda \pi \tau \alpha \lambda \mu \nu$. Vertunt. refinæ arida denarium pondo triginta, ulmi in sacculis ex corio reconditæ denarium pondo quindecim. Verte, humoris ulmi qui in folliculis continetur, drachmas quindecim. Subintelligitur enim οὐρανος, vel simile quid, uti apud Æginetam legitur lib. 5. cap. 60. τὸ πτελέαν εἰς θυλάκιον ιχνον. ulmi humor qui in folliculis continetur. Theoph. lib. 3. cap. 8. τὸ θυλάκιον καρπον οὐτε πτελέα τούτη βότεν, οὐ τὸ θυλάκιον. θυλάκιον, quod hic καρπον vocat. & lib. 2. cap. ult. κωρυνγια. Vide cap. 15. de terebintho. Non malè fecero, si hac occasione Nicandri versum in Alexipharmacis explicitavero.

*Η πτελέας ὅτε πολλὰ διὰ καλλιπέτας ὄχησε
Κόρμη.*

Hunc sane versum non intellexerunt interpretes. Vertunt ὄχησε ramos, cum folliculos interpretari debeant. Errandi occasionem Græcus interpres sive Scholastæ dedit; qui ad hunc versum hic scribit. νῆστος οὐκανδρος οὐχις γέρος, τὸ τῆς πτελέας κλήρωσα. οὐχημ κυριας οὐ καθοι τὸ πτελέας, οὐτον οὐκεχειστηκεις, Εἰπε τῆς πτελέας εἴπε τοὺς κλάδους οὐγετον.

Nunc

Dic amorem meum unde venerit veneranda Luna.
Venissim enim ego, per dulcem amorem, venissim,
Vel duobus vel tribus comitatus de nocte amans:
Mala quidem in sinu Bacchi habens,
In capite autem habens populu Herculi plantam sacram
Vnde purpuris lemniscis involutam.

Coronamentum fuisse videtur amantium dñe tō διανεκτόν, propter magnitudinem & rectitudinem, ut Lucianus loquitur. Physici arborem hanc sacram Herculi ajunt, quod tempora indicet. Nam ιεράς dicitur quasi ιεράς καὶ ἀερίς gloria. Per populu albam antiquitus tempus indicabatur, tum quod bicoloribus foliis praedita sit, ex una parte nivei sive cerussati, ex altera porracei viridis coloris, ex quib. precipuas temporis partes, Diem scilicet, & noctem referre videtur; tum quod hoc habeat quoq; commune cum tempore, quod ejus folia post solstitium vel ipso solstitio die circumgantur, nec alio argumento certius intelligatur Sydus confectū, ut Theophrastus & Plinius scribunt. Vide cap. 26. lib. 1. hist. Nigra populus Graecis αἰγιλοῦ dicitur, δῶν τῆς ιεράς αερίου, ab extirpatione & eruptione sursum versus. Εὔρητον enim non tantum excitationem, sed etiam extirpationem significat. Apud Herodotum enim legimus, ἡμέρας τῶν πυρού μετρούμενη extirpatione. Hanc ob causam hanc arborem μαραθόνιον dixit Homerus Odys. x.

*Munegit αἴγιλον, καὶ ιταῖς αἰσικρατοῖ, longae populi nigrae,
Et salices frugiperdae. Alibi μαραθόνιον dixit Odys. x.*

"Ηδραι οὐα το φύλα μακεδονής αἴγιλον.

Sedentes ut folia excelsa populi.

Etymon hoc habes apud Homeri interpretem, Iliad. 4. ζωμαὶ πτονοὶ αἴγιλον ὡς οὐρανὸν εἶ, inquit, δῶν τῆς ιεράς αερίου. Aliud etymon apud Phavorinū lego. θρόνος τὸ εἶ τῆς ιεράς αερίου, ήγειρε σεμνῶς, καὶ κατέβασθε τὸν οὐρανόν. & movendo & profiliendo cum impetu ē terra, vel, quid à ventis confringitur. Postremū populo Libycæ familiarius, quam nigrae. Doctiss. Gaza lib. 3. Gramm. δῶν διαχρόνιον mayult derivare. Fulgent enim splendentq; hujus folia. Notandi interpres Hesiodi, Diodori Siculi, & Strabonis, quod αἴγιλον alnum interpretantur. Hesiod. in Scuto.

Αἴγιλον τανύπιξοι ρύγνοι τὸν οὐρανόν. Vertunt. Alniq; totis radicibus confringuntur ab ipsis. Male, ut dixi, αἴγιλον alnum reddunt. Sed non melius τανύπιξον totam radicem dicunt. τανύπιξον longe lateque expansam radicem habens. & rūs extendit. Diodorus lib. 4. Bibliot. διὰ τὸ τανύπιξον τὸν οὐρανόν τῆς φύσεως μεταχρηστοῦντα τὸν φύσιν, γενομένας αἴγιλον. τανύπιξον ἢ ποτὲ τανύπιξον καὶ τὸν οὐρανόν αἴγιλον. καὶ τοῦτο πηγώνδηρον διπτελεῖ τὸ καλύμφρον ηλεκτρον. Præsumio luceti, exuta natura pristina, in alnos (populos nigros) transmutata sunt (Phaethontis forores que Phaethonta in ostia Padi delapsum lugebant) quea quotannis sub hoc ipsum tempus lachrymas emittunt, & quarum concretione electrum hoc, quod nominant, effici perhibetur. Strabo lib. 5. Geograph. τὰ δὲ πελλά τὰν μεταχρηστοῦντα ή καλύμφρον μέλισσας εἰς δέον τανύπιξον φαίνονται, καὶ τὰς ιδιαῖδας τὰς αἴγιλον μητέ τον ηεδούσι, τὸν μεταχρηστόν οὖτε, τονίσιον δὲ τὸ παύει λιγύδηρον. Interpres, Nam fabulosa illa multa & confusa alioquin omittenda sunt, ut de Phaethonte & Heliadibus, quea in alnos fuerint mutatae apud Eridanū, qui nullibi terrarum est, quanquam ab iis vicinus Pado dicitur. In populum nigrum, non alnum fuere mutatae. Fama est, forores Phaethontis, mortem fratris adeo graviter tulisse, ut a fidei lugentes Deorum misericordia in populos nigras fuerint conversæ.

Ovid. Lib. 1. de Ponto.

Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
Cortice velavit populus ore novo.

Virgil. Lib. 10. Aeneid.

Namque ferunt lucili Cygnam Phaethontis amatam
Populeas inter frondes umbramque sutorum,
Dum canit, & mestum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera voce sequentem.

Errandi occasionem interpretibus, si non ipsius Poëtæ erratū, præbuit Maro ecl. 6. ubi in alnos mutatas canit.

Tum Phaethontidas musco circundat amaræ

Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Αἴγιλον populum nigrum esse, ex ipso probatur Theophrast. lib. 2. de caus. cap. 21. ubi λεύκων ιξαγειλοῦ scribit, albam populu in nigrā mutari. Alba populus quomodo in nigrum mutetur cap. cit. docetur. Alnum in populum mutatam hactenus inauditum. Dissimiles tota facie arbores: non valde dissimiles alba nigraque populus.

Morendū. Theophrastus duo populi ait esse genera, al-

bam & nigrum populum: utramque singulari constare specie. Plinius, Tria genera populi ait, quædam alba, alia nigra, tertia Libyca vocatur. Queritur, an Libyca populus sit cercis Theoph. quod multis videtur. Nec nobis horum displicet opinio. Meminit Hippocrates populi nigre Creticæ Lib. de natura muliebri. αἴγιλον κρηπηγον κόκκος ιντια, τειφας εὐ οἰνος διδοντα πίνεν, populi nigra grana novem trita, ex vino bibenda dato. Idem Libr. 1. de morb. mulierum repetit. Hæc si diversa à vulgari nigra, non erit μαραθόνιον populus. Plinius sanè populu nigrum Creticam laudatissimam air lib. 24. cap. 8. Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Cretica nascitur. Recte tamen Theophrast. μαραθόνιον αἴγιλον dixit. Forma non differt à vulgari, sed majori facultate pollet. Putavi aliquando corruptum fuisse Hippocratis codicem, ac legendum, αἴγιλον ιντια κόκκος. Sed temere me hoc suspicatum fuisse, non inficias eo. Videntur, quid coccum sive granum populi vocet Hippocrates: an baccas, quæ uva oblongioris specie racematum adhaerent; an primum germen. Certè uva illa sive fructus qui julum sequitur, tali non pollet vi, nec eosq; vis ejus extendi potest. Primum resinofum germen Αἴγινeta & αἴγινeta semen; & κόκκος populi vocat. Diosc. resinan nuncupat. Prima enim hujus germina, futurorum foliorum rudimenta, oblonga, hordeaceo grano majora, pinguæ, oleofum, resinofum quiddam continent, digitis adhaerescens, colore flavo, ad luteum accedens, odore suaviter, quod majoribus factis, & in folia jam abeuntibus perit. Objicet quis, hanc resinam, sive germina hæc, ad foetus pellendos non esse idonea, quod acopis & malagmatibus adhibeat, ut Dioscorides, Galenus, & Αἴγιneta testantur, ή οἱ ιεροὶ ιντιν ιρημοτεγε τῶν αἴγιλον εὐα μηνον αἴγινος τι, & μαραθόνιον, resina flore calidior, acopis admiscetur & malagmatibus. Nihil impedit acopis & malagmatibus addi. Nam non rarò his adduntur, quæ pellendi foetus vi pollent. Ipsum castorium acopis apud Αἴγιneta admiscetur, Lib. 7. οὐ πικραλη αἴγινος, quod recipit κυρον αἴγινας καὶ πλανη — οὐ φορβιον, περιστερινον κατανικανον εἰνα γοτ. ιρημετιον γογ. Quis euphorbium, opopanas castorium foetus expellere negare ausit? Præterea, quæ tenuum partium sunt, ea tali vi pollere, mirum nemini videtur. Tenuum partium hæc germina esse, odor satis aruit, & recentiores fatentur omnes. Porro primum populi nigre germen ab Αἴγιneta αἴγιneta vocatur lib. 7.c. 20. ubi populneum, sive αἴγιnirum describit unguentum. αἴγιneleras. Καὶ τὸν καρπόν τον οἴνον πλετεται. οὐ πολλὴν οὐδὲ τὸ αἴγιneta ιπτιν. τοὺς δὲ κόκκοντας ινθαδούσι τὸν αἴγιlον γα δὲ τούτων ιπθαδούσον, εἰς έπις & γλυκέων ιδανον. Verno tempore fit unguentum populeum (αἴγiñirum hoc est, ex nigro populo interpres) quum resina circa semen copiosa existit: etenim grana populi contusa uncis quatuor in dulcis olei sextarium admittunt. Non tantum semen, sed etiam coccum vocat. De primo germine hæc intelligenda, eo argumento probatur, quod populus nigra vere fructum non ostendat, fructusque omni resina careat. Apud Αἴtiū legitur non verno tempore, sed æstate semen hoc colligendum. τὸ οἱ αἴγιneleras, οὐδετερας εἰς τὸ θέρετον οὐ πολλὴν οὐδὲ τὸ αἴγιneleras ιπτιν, λαζαρτης ή τὸν κόκκον ουτιθλωτης &c. populneum in æstate paratur, cum multa circa semen est resina; sumunt itaque ejus grana, modiceque confringunt. Erratum exscribentis vel auctoris. Αἴtate nulla resina reperire est in hac arbore; vere germina resinafosa sunt. semen, ut dixi, omni resina caret. Non magna muratio si αἴνη ιρημετιον οὐπει scribatur. Quod sanè libentius fecero, quam optimum virum, tam grandem commisisse errorem dixerim. Post julos, profert oblongum veluti racemum, uva oblongioris speciem exhibentem; cui baccæ adhaerent rotundæ, quæ, ubi maturuerunt, in papposam vanescunt lanuginem. Magno ergo in errore versantur illi, qui non prima germina illa resinafosa, sed racematum cohærentia granula in populnei unguenti compositione assumenta tradunt. Errandi occasione de dit Plinius, qui plurimos in populorum historia commisit errores. Hic lib. 24. c. 8. scribit. Populi albe uavarū in unguentis usum diximus. Duplex error, Nemo n. populi albi uavam unguentis miscuit: deinde non uva, sed primum germen admiscetur. Confundit Plinius βρύσαν historiam. βρύσα, unguentis admiscetur. Βρύσα, idem Plinius Libr. 12. cap. ult. uavam populi albæ, dicit; quod valde ineptum. Sed hunc errorem supra me castigare memini. Falsum est quod idem Plinius lib. 24. ait, populum nigrum fundere resinafam. Fundit, inquit, & illa resinafam exigua, qua utuntur ad malagmatā. Imimò adhaeret primo germini resinafum quid, quod evanescit, germine in folium aheunte. Pergit idem Plinius; Humor ē cavis populi nigrae effluens verrucas, papulasque & attrita corporis tollit. Humorem emitit dum accenja urit, vel, dum castratur.

Populi,

Populi, inquit, ferunt & foliis guttam, ex qua apes propolli faciunt. Vide quam parum eorum quae scriptit memor sit. Lib. II. cap. 7. pissoceron gigni, ait. *Pissoceros*, ait, super eam venit, picanium modo eum dilutior: cera initium plerumque est mitiore gummi. *Propolis crassioris* jam materie. Ceterum prima germina, de quibus modo mentio, *vixit*. Græci vocarunt, quod grani magnitudine es-

sent, aut paulo majora; tum quod forma granum non nihil referant. *σπειρα*, id est, *semen ab Aegineta* vocatur. Hesych. *κίρκη* vocari scribit. *κίρκη κεῖνος*, *κίρκη*, & *αγρός βλάστος*. idem *κεῖνος τὸς βόρεος*. Intelligit primam germinationem, quae grano major, uero non dissimilis est. Officinæ oculos populi, gemmam populi vocare solent.

Populus Nigra.



Populus Alba.



Ορθοφύν &c. *Vtramque populum rectam*, inquit, *sed celiore lœvioremque nigram*. Excelsorem nigrum esse, experientia docet; lœvior esse non videtur, sed nigror. *Populus alba* perquam facilis auctu arbor, cito in altitudinem asurgit; superius ramosa: caudice crasso, cortice albidente, ac lœvi: lignum candidum, quodque non difficile finditur. *Nigra* populus procerior rectiorque habetur, frequenter ramosior, non raro crassioris caudicis, cortex ejus levis similiter est. Sed nigricantioris quam albæ coloris. Ligni materies durior, flavor, ac minus albida, nervosior, ac difficilius finditur. Vtriusque lignum cum aruerit levissimum. *Populus alba* cum anno a est, ædificiis commodissima existit, eaque mirificè ornat: habet enim crispum lignum, fluviorumque fluxus ac cursus mentitur. Ditiones ex populi albæ materia mensas, sondasque suas parari volunt. Ex ligno nigræ populi, quoniam arefactum fit levissimum, calopodia conficiuntur, in eoque imagines sculpuntur.

Οὐδὲνεγ, &c. *Neutra*, inquit, *florem habere* videtur. *Alba* populus julum profert oblongum, papposum, initio purpurascens. *Nigra* etiam julum producit, albæ non dissimilem, cui fructus, qualem dixi, succedit. Cum negat florem habere, sequitur eorum opinionem qui julum florem negant. Vide cap. 7. hujus libri.

Tò δὲ γένους τὸ φύλλων. *Foliorum figura similis*. Profectò alia folia albæ, alia nigræ, si diligenter attendamus. Albæ folia sunt lata, profundus incisa, ac angulosa, vitigineis fere similia: sed multò minora, superiore parte lœvia, glabra, ac virentia; averfa verò parte albida, ac lanuginosa. De albæ foliis quae tradit Plinius supra lib. I. cap. 16. examinabimus, *Alba*, inquit, *folio bicolor*. *superne candicans*, (id falsum est; decepit Plinius locus Theophrasti citatus,) *inferiore parte viridi*: *huic nigræque*, ut *crotonei*. (id est ricino. talia albæ, neutiquam nigræ, ac de alba tantum tradit Theophrast.) *folia in juventa circinatae rotunditatis sunt*, *vetustiora in angulos excurrent*; è contrario *hederæ angulosa*: *rotundantur*, (vide cap. 16. lib. I.) *populorum foliis grandissima lanugo* (omni lanugine nigra caret, albæ averfa parte, lanuginem habent) *evolat candiae*, *tradita folio numeroiore candida*, *ut fulus*. Haec tenus Plinius. Facilius videt lector, Plinius in re botanica valde rindem fuisse. *Nigra* populus folium habet neutiquam

angulosum, sed instar priorum hederæ foliorum latum, & acuminatum, per ambitum nonnulli crenatum, colore virens, lœve & resplendens, longo tenuique pediculo appensum, quamobrem, ventis concussum, strepitum exhibet. Vides dissimilia utriusque folia esse. Quomodo ergo similia dixit Theophrastus? Ex ipso Theoph. respondemus lib. I. cap. 16. Omnia arborū folia sibi ipsa similia tradit, populi autem & hederæ dissimilia: recentia enim populi albæ, (male vir magnus hoc de utraque populo accepit; λαβεις ait Theoph.) & ricini folia rotunda scribit, vetera verò fieri angulosa tradit. Similia ergo cum utriusque folia ait, comparat folia recentia populi albæ foliis nigræ.

Η κίρκη. Nomen accepit quod folium ejus in cacumen instar radii textoris, vel cunei exeat. *Κίρκη* enim, ut Pollux docet, radium vel pectinem significat. Sed hoc etymon an satis conveniens sit, dubito, quod faciliter ex descriptione foliorum, quam mox dabo, percipiet Lector. *Κίρκη* Hesych. acumen populi nigrae, piceaque exponit. *κίρκη* ή τὸ πτυντό ηγενόν ή αἰχάλη ηγή ήλιος ἡρά. *Κίρκη* (si modo quam populi Libycæ nomine ostendunt recentiores sit *κίρκη*) dicitur, quasi *κίρκη*, (quomodo legendum quidam existimat) quod folia ejus etiam celo tranquillo crepant, sonitumque edant. *Κίρκη* Galenus in glossis expavit: *κίρκη* τὸ μετόπος ἡχη τὸ δέσμιον σεῖον, *κίρκη*; Fictitia vox & molestus odiosusque sonus. Utitur ea Hippocr. major lib. de 2. morbis. Doctiss. Fœsius, & Galenus existimant *κίρκη* pro *κίρκη* legisse (nam in toto libro *κίρκη* τὸ μετόπος vocem (*κίρκη* scriptram non repertis.) ut subnotare videatur locum, qui legitur (pag. 144. 43.) *κίρκη* ο φύρει δοξει *κίρκη*. Idem apud Galenum in exegesi legit, *κίρκη* & *κίρκη* τὸ μετόπος ἡχη. Vt *κίρκη* vox sit fictitia, quæ molestum aut odiosum quiddam infonare indicet. Est enim *κίρκη* *κίρκη* pulsare, & propriè *τὸν κίρκην* significat, quod est, *citharam pulsare*. Hesych. *κίρκη* exponit *κίρκη*. Sic Aristot. in civibus, *κίρκην* αὐλὶς dixit, *αὐλὶ τὸν λαοῦ*, ut exponit Scholia festes. *Κίρκη* Gaza populum vettit *Alpinam*, Tertium populi genus Plinius Libycam vocat. Queritur, an Libycæ populus cercis sit Theophrasti. Negare videtur vir magnus. Ruellius, inquit, hoc amplius erravit, qui *Alpinam* cum Libycæ conjunxit; quippe si *Alpina*, *Libycæ* non erit. Nam & cœli segmenta alia, & natura loci diversissima: neque convenit

convenit Pliniana cum hac Theophrasti. Plinius foli minimam ait ac nigerrimam; Theoph. φύλαρον γεωμετρικόν οὐδέ τὸ ὑπόνοιο καὶ τὸ περιστέρα. Hic nihil nigroris intelligas,

Populus tremula Libyca.



tantò minus illius maximi nigri. Non conjunxit Ruellius Libycam cum Alpina. Sic enim lib. I. cap. 120. scribit; *Tertium genus Theoph. facit ejus quam alpinam, nonnullis Libycam appellant.* Quibus in verbis, quid commiserit Ruellius reprehensione dignum, non video. Non enim conjungit Libycam cum Alpina; sed tertium populi genus, nonnullis Alpinam, aliis Libycam vocari, tradit. Sed ponamus conjunxisse; ideo erravit? minimè. At aliud cœli segmentum in Libya, aliud in Alpibus. etiam diversum in Norvegia, ab Italico, in utraque tamen pinus & abies. Loci natura diversissima Libyca & Zelandica: in utraque tamen nascitur laurus, floret, fructumque fert. Nulla itaque ratio est, cur Libyca populus in Alpibus nasci non possit. Negat idem, populum Libycam Plinii, cercidem Theoph. esse. Rationem audivimus. Respondeo; Plinium non simpliciter huic populo nigerrimum tribuisse folium, sed respectu aliarum populorum hujus folium nigerrimum & minimum dixisse. Quæri erjam solet, utrum tertia populus Dodonæo descripta, sit cercis Theophrasti. Botanicorum ea est opinio. Quædam tamen obstant: Cercidem Theoph. lib. I. cap. 18. in siliqua nudum semen ferre: ait: populus siliquam, aut siliquæ simile nihil fert. Corruptum codicem dicunt; sed videat lector, quæ cap. citato diximus. Cercidi Theophrastus folium att esse hederæ, altera parte angulis carens. Huic subrotundum, margine profundius inciso quam nigræ in angulum acutum non definens. Quare recte à nonnullis tertium populi genus, nullo addito alio cognomine, vocatur. Altitudine albæ populo non inultum cedit. Procera etiam arbor, cortex ac ligni materies ad nigræ similitudinem accidunt: juli longiores ac nigriores: folia quoque nigriora ac duriora, subrotunda, marginibus profundius incisa; quæ è longioribus pediculis dépendentia continuo fere moventur, atque inter se collisa crepitant (quare à Belgis *rataelaer* vocatur) cœlo etiam tranquillo ac fudo, vel quam minimum ventoso. Radices hujus firmiores, profundiùs quam albæ descendant. Sunt quæ arborem Iudæ vulgo vocatam cercidem esse contendunt. Cercis cortice est populo albæ simili, verùm asperiore & scabriore: Huic cortex è purpura nigricans, nec aspe-

rior, nec scabrior albæ populo. Cercis ramis albicantibus spargitur; Hujus ex purpura nigricant. De arbore Iudæ alibi plura. Corripe Theodori codicem, Scribe scabriorique, ut *pirus sylvestris*. Theophrastus cum folium γεωμετρικόν οὐδέ τὸ ὑπόνοιο καὶ τὸ περιστέρα ait; intellige, folii utramque partem eodem ferè esse colore, attamen parte superiori intensiore esse colore. Foliorum descriptionem si sequaris: quam nigram vocamus, propius accedit, quam tertia. Sin verò pediculi, tertia magis convenit; quanquam nigræ pediculus etiam longus.

Alnus.



Κληθρα vel *κληθρη* alnus Latinis vocatur, quod amne a-
latur, ut lib. 4. cap. 9. Scribit Theophrastus. Plin. lib. 16.
cap. 18. non nisi in aquis provenire tradit. *κληθρη* no-
men à contrario impositū est, quod lignum minimè com-
paustum, clausumque habeat, sed fungosum & spongiosum.
κληθρη ergo δεῖ τὸ κλείων, κλείσσει τὸ σῶμα, οἱ λαγῆς διὰ τοῦ
καὶ γενέθλου, εἰς τὸ κληθρον διὰ τοῦ πάχεος γενέθλου. id est,
clethra ergo à κλείω, quod in futuro habet κλείσσει. Iones cum
τοῦ σcribunt; κλήσις unde κληθρη cum τοῦ σcribant. Dicta
etiam esse hæc arbor potest, à κλείω vel κληθρον clando, quod
ex hac nave, in quibus multa retinentur & clauduntur,
siebant.

Lucanus.

Et fluitibus aptior alnus.

Virg. I. Georg.

Tunc alnos primū fluvii sensere cavatas.

Item alibi:

Nec non σει τorrentem undam levis innatat alnus

Claudian.

Qui dubiis ausus committere fluitibus alnum.

Prius etymon magis arridet; postremum nimis longè petitus.

Ακηρπον. in Bas. & Ald. συκεπτον scriptum est. Supra cap. 6. alnum fructum habere tradidit; quod ipsa experientia comprobat. Reprehendunt recentiores Theophr. quod alnum sterilē scriperit, cum ne per somniū quidem hoc cogitaverit. Maluerunt interpres, & correctores Plin. sequi, quam cum Theophrasto bene sentire. Scribit Plinius lib. 16. cap. 26. fructum arborum sole nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem. Tamarix scopis tantum na-
scens, populus, alnus, ulmus, atinia, alaternus &c. Hæc omnia fructum & semen ferre autopstia docet. Nec vocis συκεπτον vim intellexit Plinius. Vide quæ lib. I. dixi. ubi probavi.

probavi, *εγρημα* dici δέσποινα, quae fructu n ferunt esui inceptum. Scribe apud Theoph. *ισχυρόν*; quomodo etiam legit Robertus Constantinus. Præter veritatem est quod scribit Aristoteles, in sola Creta fructum ferre: apud Battavos quorannis floret, & fructum fert. Fructuosa est arbor. Vere julos emitte oblongos, ex multis squamis compactos, fuscos, quales betulae & fago; sed in alno non decidunt, ut in fago contingere videmus, sed durant cogunturque. Ita quidem, ut forma olivas imitantur. Atque hic alni fructus est, qui autumno appetente maturatur, & dehiscit, ac tum semen decidit, ex quo nova planta.

Οξεόφυλλος; non tantum recto, sed etiam procero ac mediocris crassitudinis est caudice. Hinc Virg. *proceras erigit alnos*.

Ovid. lib. 13. Metamorph. *Floridior prato, longa procerior alno.*

Εδέλων. Lignum alni molle & fungosum quasi cernitur, rami fragiles, nec inflecti se patiuntur, ut alia aquatica ligna: cortice circumvestitur scabro, fragili, nigricante, incana ac muscosa barba obducto, non aliter atque vulturæ, ad corii aliorumque tincturas utili; lignum alni cortice spoliatum, & ipsum ruffum apparet, molle ac tractabile; quod extra aquas non diu incorruptum durat; sub ipsis verò aquis, & in aquosis, ad æternitatem immortale, ædificiorum fundamenta & immania pondera sustinet. Multa ædificia palos ex alno subdita habent. Alni idcirco materiam à Venetis expertam narrat Mathiolus, ad palatiorum ædiumque fundamenta, quod crebro fixa, non modo ad æternitatem maneat immortalis, sed quod ingentes admodum ferat moles. Sed nec hæc antiquis incognita. Vitruvius, ubi de lignorum materie agit. *Alnus*, inquit, quæ proxima fluminum ripis procreatur, & minimè materies utilis videtur, habet in se egregias rationes. Etenim aëre est, & igni plurimum temperata, non multum terreno, humore paulo. Itaque quia non minus (lege nimis) habet in corpore humoris, in palustribus locis infrafundamenta ædificiorū, palationibus crebro fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structure, & sine vitiis conservat. Ita quæ non possunt extra terram paulum temporis durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem. Plin. lib. 16. c. 37. Licet alni sepius muniant, contraque rumpentium annum impetus, riparū muro in tutela ruris excubent, in aqua satæ, casæque densius in numero bæreda profint. Cur alnus, extra aquas flaccida fiat, ac putrefact, sub aqua immortalis & æterna permaneat, lib. 3. de causis plantar. cap. 17. docet Theophrastus. Ne pigeat acutiss. Scaligeri, & nostras adire Annotationes.

Φύλλον οὐ πεποιητέον. Cum piro non magnam habet similitudinem, nec majora quam pyrus fert folia. Constantinus corrigit *νερόν*; quia cap. sequenti τῷ το κανθάρῳ οὐ πεποιητέον. Hanc si sequi velis lectionē, scribe, *νερόν* *νερχεταιτην*. Nam *νερόν*, *νερόν* & sine adjuncto, juglandē denotar, cum qua nihil similitudinis alnus habet. Alni folia rotunda sunt, nervosa, coryli foliis satis similia, sed nigricantiora, angustiora, longiora, læviora, per ambitū instar coryli crenata, tactu gummosa, ac glutinosa, non aliter, ac si visco seu pinguedine quadam obliter forent: Alni folia: Plin. lib. 16. c. 24. crassissima dixit. Hæc tabellarii, ut fama est, aliique, si quando in æstu defatigati fuerint, ut comodiè pedibus incedere queant, calcibus imponunt; quia ratione dolorem mitigari ajunt, & calorem lassitudinemque extrahi.

Τρεχύφλετος &c. Corticem, inquit, habere asperum & ruffum intus, ad coria tingenda utilem. Supra, ubi de ligno ac caudice egi, corticem descripsi. Ex cortice alni, ater color conficitur. Infectores namque & pilearii cortices alni, & ferrum vetus, aqua per aliquot dies macerant, hinc color efficitur niger, atramento similis.

Πίλιον &c. Radices habet mediocres, per summam tellurem repentes, quales describit Theoph. Ad radices has quandoque ex crescens ramosa, uix quercinæ similis observatur.

Φύλλα στελέχειας. Humectis & uliginosis locis gaudet, potissimum verò frigidis & opacis convallis, ad ripas torrentum & amnum quam lætissimè provenit. Sed quodammodo, nullibi quam in aquaticis vivere, id cave credas. Lib. 1. cap. 7. ancipitem vitam agere scripsit; quod verissimum est. Siccis locis æquè proceræ ac pulchra, quam uliginosis nascitur. In agro Zypiano locis sterilibus & arenosis, ubi ne gramen quidem provenit, alnus, si planzetur, pulchre provenit. Qua causa, quod multa millia al-

norum recenter natarunt, quotannis eò deferantur, & plantentur: solo, ut dixi, ad aliud nihil apto. Dicendum pro Theophrasto, sponte sua uliginosis tantum provenire locis, in agrum vero istū esse translatam & ibi plantatam.

Alnus nigra.



Theophrastus alnum unigenitum tradit: recentiores plura observarunt genera. 1. alnus rotundi-folio, vulgaris, glutinosa, viridis, quæ in Creta *Schitro* vocatur. 2. alnus folio oblongo viridi. 3. alnus folio incano. 4. alnus alpina minor. Hæc cum prima convenit quidem, sed per omnia humilior est, nec folia ita lento humore aspersa sunt. His addi debet baccifera; quæ ob similitudinem quam cum foliis alni habet, illud nomen accepit. In arboreum vix affurgit, neque crassescit, sed virgas quam plurimas emitit, x. aut xii. pedes altas, pollicaris crassitudinis, in alias virgulas divisas; quarum exterior cortex tenuis, ac niger est, glaucis maculis aspersus, qui vera ligno proximus subest, luteus, ac luteo quoque croci colore tingit: ligni materies candida & fragilis, medulla media ex rubro nigricante. Folia sunt qualia alni vel cerasi, nigriora tamen, & paulo rotundiora; sed dum adhuc pusilla planta est, soloque pingui confita, oblonga, & magna: flosculi inalbicant. Baccæ rotundæ, fructus sunt magnitudine piperis; in quibus fissura quædam apparet, quasi ex duabus in unum coauissent, primū virides, deinde rubre, postremò nigre cum mature fuerint; nuclei verò in his sunt exigui duo; gustus planè ingratis; radix per summa cespitum vagatur. In Angliae, Germaniae, Brabantiae sylvosis, uidis, & humidioribus locis frequens. Folia primo vere emittrit, floret Aprili, fructus Augusto maturus, vulgo *sporken-hout* / a maculis glaucis, vocant. Alii *pijl-hout* / quod pueri ex his sibi telæ conficiunt. Cortice interno rustici pro rhabarbaro utuntur. Expurgat crassos, lentos, pituitosos, biliosos humores, & non modo per inferiorem sedem, sed frequenter etiam vomitione, cum magna ventriculi perturbatione & molestia. Rusticorum idcirco, non urbanorum esto medicamentum.

Σπερνίδα: Nomen accepit δέ τοις, νή μελᾶς, quod primo vere humorem avidius & citius quam aliae arbores è terra trahat, excernatque; tum quod humore succoque dulci plena sit; vertunt *Betulam*. Betulam quidam dici putant, quod bitumine scateat. Apud Plinius enim

enim lib. 16. cap. 18. legere est, *bitumen ex ea Galliae excoquunt*. Malunt alii à batuendo nomen accepisse: batuere enim cædere est. Sic, batula levi mutatione, betula. Plin. loco citato. *Gaudet frigoribus sorbus, & magis etiam betula. Gallica haec arbor, mirabilis candore, atque tenuitate, terribilis magistratum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium sportis. Bitumen ex ea Galliae excoquunt.* Etiam hodie virgæ ex betula conficiuntur, quibus parentes & pœdagogi pueros terrent, eorumque ignaviam & lasciviam emendant, coercentque. Utrum, quam betulæ vulgo vocant *onuia*, non constat. Mirabilis candore, ait esse Plinius. Theophrastus cortice versicolore, ait.

Φύλλον ἔχει οὐσίαν τῷ καλύπτειν κέρων. Nullum nucis genus novi, quod folium betulæ simile habeat. Præterea, ut rectè monet Scaliger, notis rebus non addi solent voces τῷ καλύπτειν, τῶν περιφέλων. Pyro similius folium habet. Forte negligentia exscribentium contigit, ut quod Theophrastus alno, hoc illi betulæ, & quod betulæ Theophrastus, hoc alno iidem adscripterint. Constat, *ωνυμία* alnum folia habere corylo similia, betulæ pyro non dissimilia esse. Scribo ergo, *η ἡ σημεῖα καλύπτειν φύλλον ἔχει οὐσίαν απίσια.* Quæ vocatur betula, folia fert similia pyro. Malunt alii, *φύλλον ἔχει οὐσίαν οὔτε,* sed propius ad vulgatam lectionem *απίσια* accedit: tum etiam, videtur transpositio facta, & quod Theophrastus alno adscripterat, id betulæ adscriptum esse, & contra.

Betula.



Betula non raro ad mediocris arboris altitudinem excrescit, quandoque humilior & fruticosa magis. arbor ramosa, mediocriter crassa: cortex exterior caudicem convestiens, crassus, durus, scaber, rimosus; qui vero huic subest interior, tenuis admodum, levis, candidus, atque membranæ instar pellucidus, aut chartæ nostræ; in quo veteres sua opera inscribant, ante repertum chartæ usum. *Vidimus*, inquit Tragus, *Curius*, oppido Rhetiæ superiori, nonnulla carmina in cortice betulæ exarata. Crassiorum ramlorum cortices maculosi sunt & inalbificant; minorum vero cortex levius est, succosus, resplendens colore fusco, aut puniceo, qualis est castaneæ, echino exemptæ, color. Rami hi lenti sunt, in quamvis partem flexiles; qui ferè deorsum reclinati, ex arbore dependent, veluti iulorum, aut foliorum pondere gravati. Ligni materies alba est, ut & ramulorum, qui propter

flexibilitatem, ad circulos vasarios non minus utiles sunt, quam saligni. Folia latiuscula sunt, in ambitu parum crenata, minora quam fagi, levioraque, virentiora, & oblongiora quam piri; quæ causa quod paulo angustiora dixit Theophrastus. Primo exortu plicata ac cripta prorumpunt, viridi, pulchreque; herbaceo tincta colore, singula singulis eisque tenuibus dependentia pediculis, scuto exiguæ forma similia. Iulos edit oblongos, coryli alniæ modo, nec decidunt ante autumnum. Sunt enim betulæ loco fructus, semineque continent ex quo nova nascitur planta. In Germaniæ ac Bohemiæ sylvis, tum & alibi gignuntur, quandoque in arenosis & aridis mis, veluti in Brabantia Campania, quibusdam locis adeo sterilibus, ut ne herbam quidem producant, in quibus tamen betula viget ac crescit. Iuli vere novo prodeunt, deinde folia Aprili mense, aut paulo serius. Inter omnes arbores (ut scriptum reliquit Tragus) vix aliam quamcumque reperies, quæ vere tam cito tanta copia, humorem ac succum suum à terra hauriat atque betula. Nam in initii veris, antequam folia prodire, jam dulcem suum succum, eumque adeo largum recipit, ut si arbor vulneretur, limpidissimus liquor copiosus effluat, quem siti pressi pastores, in sylvis saepe numero potare solent. Quemadmodū & nos (Tragi verba sunt) non semel eo liquore recreati sumus, cum herbarum gratia vastas peragremus sylvas.

Καλυπτα. Infra cap. 17. *καλυπτα* legitur. Vera lectio *ωνυμία*. Hesychius *καλυπτα*. διάδρος *η* coloitea arbor quedam. Idem apud Phavorinum & lib. I. hist. c. 18. Nomen hoc inditum, quod decurtata non resurgat, nec amplius excrescat, sed moriatur, ut infra cap. 17. docet Theophrastus.

Τὸν λόγον. Infra cap. 17. *φύλλον οἵ τοι παρεμποντον* legitur. Corrigunt, *τίτλοι*. Malo ex hoc loco, *τίτλοι*. Doctiss. quidam, ut arbore Iudeæ coloitem probent, totam hanc periodum in hunc sensum legunt; *η οἱ καρποί, ασπειρ καλυπταὶ ίδεοι*, *ηδ τὸ μὲν Φύλλον εἰσὶν κατεστοπεῖται πλεύσεον, Εποιέσθαι διάδρομον, οἷον μῆχα, τὸ οἰκοστόν καθιεσθεῖται χρόνοις τοῦ λόβος.* *ηδ τοιστοις, Επὸ διπλασιαὶ τοῦ πεπονοῦ, μικροῖς, οὐ γοργοῖς οἱ μετριοῖς, οὐδέ τοι παύει τὸ διάδρομον;* deletis aliis vocibus quæ in eptam & ridiculam stultitiae imitationem praese ferunt, indignam oratione disertissimi Philosophi. Sonant autem hæc verba: *Siliquata est cercis, ut & colytea, arbor tota nodosa, foliosa, magna, fructus, ut leguminum, inclusum siliquis lati, semen exiguum, paucum, pro magnitudinis ratione inclusum siliquis, modicè durum. tales paucæ arbores.* Si probetur, inquit, hæc lectio, arbore Iudeæ hanc stirpem esse, omnino arbitratur: præsertim si turbatis his & confusis historiis, ex descriptione secundæ colyteæ, huic assignes folium esse, *τοις τετραγωνοῖς κατεστοπεῖται πλεύσεον, η πολιτικοῖς λογισταῖς ιστοι, μεταξὺ τῶν πλευρῶν δοῦλοι μεταποντεῖσθαι.* id autem est, altera parte virere, inferiore & aversa parte candicare folium, tenuibus multis fibris nervosum, inter eas situm, qua costarum instar à media protenduntur. Sed quæro qua auctoritate hæc lectio, à vulgata tam diversa, stabilatur. Temerè enim & sine magnis rationibus auctorum scripta non mutanda, Sed examinare liber hanc lectionem, *η οἱ καρποί οὐτεπονοῦ καλυπταὶ ίδεοι.* Ita ex lib. I. cap. 18. legunt; Ubi & cercis & coloitem (ita eo loco, ut apud Hesych. legitur) in siliqua ferre semen, ait Theophrastus. Iden pro cercide habent populom tertiam, quam Lybicam vocant. Atque huic siliqua nulla, nec siliqua quid simile fert. *ηδ μὲν οὐδὲ τοις τετραγωνοῖς.* Non verrunt hæc verba. Sonant autem Latinæ. *folia habet similia ferè hederae, circinatae rotunditatis ferè.* Arbori Iudeæ sunt folia asari similia: hederæ folia adulta angulosa sunt, oblonga, vel in longitudinem exorrecta, dum tenella sunt. hederæ folia intenso viridi sunt colore, arbori Iudeæ dilutè virent: nec foliosa dici potest arbor Iudeæ. *οἷον μῆχα, id est, valde magna.* Inter frutices numeranda arbor Iudeæ dicta, non nisi cultura arborescit; qua accidente, ad mediocris tantum arboris altitudinem assurgit. Videt lector, etiamsi hanc sequamur lectionem, (quam pland improbamus, quod ne vestigia quidem ejus in vulgatis extant codicibus) arbori Iudeæ non esse coloitem. Sed de hac arbore plura cap. 17.

Σπάνοι. Paucas, inquit, esse arbores, quæ fructum in siliqua ferunt. Cerrè paucæ sunt; nam plurima pars, immò ferè omnes, paucis his exceptis, siliqua carent. utraq; acacia Spartiū (si modo atborib. adnumerari debeat) ejusd; genera colutea. anagyris, laburnum, arbor Iudeæ, siliqua, cassia fistula. ceronia Ægyptia, nerii sive rhododendrum.

De coloitea, alteraque quam colytam vocant plura infra cap. 17. dicuntur, auctorumque diversæ examinantur sententiae.

K E Φ, I E,

De nuce avellana, terebintho, buxo, cratægo.

C A P. X V.

NVx avellana (etenim hæc quoque natura syl-
vestris est) quoniam sylvestris, nullo, aut non
multo deterius, quam urbana, fructificet:
& quod hyemes perpeti possit, montibusque magna
ex parte proveniat, & quidem fœcundissima tem-
pertia ubertate. Ad hæc quod non caudicosa, sed
fruticosa, virginis sine aliis enodibus, verum brevi-
bus, crassisque nonnullis assurgit. Cæterum & man-
fuscare potest. Differt tamen, quod fructum me-
liorem, foliumque amplius habeat. Circumserra-
tum folium ambabus, simillimum alno, sed latius.
Atque arbos ipsa amplior, fœcundior assidue redi-
ditur, virginis præcisus. Ambæ binæ genere con-
stant, quædam enim rotundam, quædam oblongam
nucem largiuntur. Sed urbanarum fructus candi-
dior est, & locis aquosis potissimum fructificat me-
lius. Sylvestres translatae mansuescunt. Corticem
summum habent tenuem; maculis albidis peculia-
riter variatum. Materies admodum lenta, ut ut
prægraciles virginæ, desquamatae, crassæ, deraſæ te-
noventur. Habent medullam tenuem, flavam, qua
concavantur. Peculiare his julus callo compactus,
ut retulimus. Terebinthorum alia mascula, alia fe-
mina. Mascula sterilis est, ob id sexui maris adop-
tatur. Fœminarum, alia fructum protinus rufum
promit magnitudine lentis, qui concoqui nequit:
alia viride editum, ruffum postmodum tingit, &
cum vite maturecentem nigrum novissimo facit, ut ex præ-
magnitudine fabæ, resinosum, & sulfurosum. Cir-
ca Idam, & Macedoniam brevis, fruticosa, con-
torta que nascitur: at apud Damascum Syriæ, ma-
gna, copiosa, decoraque: montem enim quandam
terebinthis refertum referunt, in quo alind nihil.
Materies ei lenta, radices valide in profundo,
atque in totum incorrupta hæc arbos habetur: flos
oleæ, verum colore rufo. Folia circa unum pedicu-
lum, pleraque specie laurinorum, conjugatim. quem-
admodum sorbo. Quodque partè polotrema acumi-
net, impar exit: verum minus angulata, quam sor-
bo, ambituque laurino similiora, & pinguia cum
universo fructu. Fert & ad nucis similitudinem que-
dam concava, ut ulmus: quibus bestiolæ, tanquam
culices innascuntur. Fit in his resinosum quid, len-
tumque, sed resina tamen non hinc legitur, sed à te maturæ
ligno. Fructus resinæ copiam non mittit, sed ma-
nibus tantum adhæret: & si non lavetur, postquam
collectus est, inter se cohæscit: cum vero lava-
tur, candidus, probeque matus supernatat, niger
subsedit. Buxus magnitudine non excellit: folio
myro similis. Nascitur locis algentibus, atque aspe-
ris. Quippe Cytoria talis est, qua plurima provenit.
Olympus quoque Macedonicus frigidus est: nam
& in eo gignitur, quanquam non magna: maxima
autem, pulcherrimique in Cyrena est. Proceræ
enim, crassitudineque cæteris longè præstantior
t ideo vel insuave est, buxum olens. Crataegus, quam
alii crataegonem vocant, folio mespilæ & promisso
scilicet est: verùm majori, latiori, oblongiorique,
nec ferrato, quemadmodum illa sit. Hæc nec ad-
modum magna, neque crassa. Materies ei versico-
lor, valida, flava, cortex levis, mespilo similis, ra-
jugatim, ut in sorbo, in
summo impar, verùm minus angulatum quam sorbo, ambituque lauri-
no similius, ac totum pingue cum fructu. Fert & folliculos quosdam, at ul-
mus. corifica. & idcirco mel illic insuave, buxum enim olet, copiosus
autem illic provenit. & rigido est.

ώστερος κακέπινο. γίνεται δὲ τὸ δένδρον ἐπειδέντος λίσα,
ἢ τε παχύνεται δὲ ἐξύλον, ποικίλον, ιχυρόν, ἔκανθόν. ἔχει
δὲ φλοῖσιν λεῖον σιγού μεσωτίῃ. μονόμητον δὲ εἰς ταῦτα
τὸ κύπερος πα-
νικόνδημον ἐπειδή σπρωγυλον ἡλίκιον τὸ η
πανικόνδημον ἐπειδή σπρωγυλον ἡλίκιον τὸ η
κέφυμον πεπανικόνδημον δὲ, ζηρός γίνεται. καὶ ὁ ἀπε-
κειμενος μελαίνεται καὶ δέται τὴν γεύσην καὶ τὸν χυλὸν μεσωτάδε-
νεται. Σογγί, σόγγον διαφορεῖται.

dix singularis acta in profundum. "Magna ex parte "fructus re-
fructus rotundus , qui matureseens siccatur ; nigre- tundus ma-
scitque : gustu , & succo , mespilaceus. Quapropter gntitudine
veluti sylvestris mespilus videri possit , verum specie ^{oliva}
simplex , & sine ullo discrimine.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Terre mundi per nos etiam sylvestris non habentur. Theodorus, quoniam sylvestris nullo, aut non multo deterius, quam urbana fructificet. Sanè loquutio dura, nullo deterius fructificare.

ribus, it' ἄκραν οὐ εἰσεῖτο, οὐδὲ μίκρα τινας πάσχει. In summo pediculo unum, præter cætera. Ideo addit, impar exit. Sed verbum, acuminet, est sani πάσχει.

Kaj *ligna* ē *μελις* tu *κρεπτός*. Theodorus, pinguia cum
universo fructu. At & *απός* de folio dixit Thcophrastus: ad
fructum vertit Theodorus. Ε *κρεψίδη*, melius hic appellasset
nucamenta, quam supra *κύπελλο*.

O dñe nřg̃o. Aliud caput. Hic negat Buxum valde crescere. Supra tamen videtur dixisse contrarium. Habeas locorum rationem: vidimus enim nos grandissimas.

Tē κύτωξ. Theodorus; Cytora talis est. Virgilius, undantem Cytorum buxo. Ita habes triageneia. Et specta orationem Theophrasti. οὐδὲ κύτωξ τοῦτο, scilicet, locum habent. Adverte etiam mutationem sexus in ipsa arbore, μεταλλοι. Εἴη παρεῖχη.

Ergo locorum frigidorum ratione non est praestantior. Cyrenaica enim cum calida, tum feruida. Theodus omisit, πλάνης οὐ πολὺ.

Koſtius, Q. Aliud caput. Observa loquitionem. κεφτικός οὐ εἰς οὐδὲ κεραυνός καλέσοι. ἵξει οὐδὲ. Quid iſi? Cum autem Mespilo similem agnoscat, ei hanc historiam adjungeret debuit, tanquam analogum. Theodor. omisit illa verba, καὶ λέγει εἰς κεφτικόν.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES

Hab' ἡρακλεωπήν. *Corylus hic vertendum, quae ē in
plana descendit. In consideratē hoc loco avellanam quis
exponat. Nam avellanae nuces sive bellinae, Ponticae sunt,
id est, τάρταρα καρύα, ή λεπτηκύρια. Non specie vox convenit
hic, sed generis, ut *Coryli*. Sed hujus capitis principium quia
mutilatum ē corruptum, cetera διακρίθεται καὶ διανταχθέ-
ferē omnia. Itaque sic lego, 'Η δὲ ἡρακλεωπή, καρύα (Φύση
ἡ καὶ τέτ̄ ἀγροῦ) ἀγελών καλέσται, τὸ τε μηδέ, οὐ μηδὲ, Ἐ. C.
Πολύκαστος; legend. πολυκαρπῖον, vel subaudiendum εἴσα. Εν
τούς φοργάς. Hoc additum, quia sēpē coryli non καὶ ὑγροφόν, sed
in anni proventu. φοργή autēm etiam proventum ē uberta-
tem significare, multis exemplis probatur in Crispiniano Le-
xico. Πλάνων πατέντες. Hæc tota clausula ad alnum referen-
da, ut patet etiā ex præcedenti cap. ubi de alno, non ad cory-
lum. Γιν̄τι δέ δος, αἴμφοι. Sunt ergo coryli species 4. due syl-
vestres, totidemque urbanæ. Πλάνων πατέντες. legend. πλάνων,
non πλάνοις. ē illa includenda parenthesi. E' πλάνων, non vacat,
sed positum ut externa excludat, ē ostendat rei substantiam:
quianaturales macule, non adventitiae, quales etiam
visuntur in arboribus. Sed scribe, πλάνων. Περιλαμβανεται,
malo per i in antepenultima. Et, via, quod sequitur, muti-
lata vox est, integrā καρύα, ascribenda: ē particula ē post
παραγόντιa otiosa est atque obliteranda.*

Χάλιξ Φανγρ. *Supra dicebat cum Genitivo ἡλίκου διδύμου.*
Dic igitur Φανξ, vel Φανός, intelligitur isi. Plinius ex hoc
loco lib. 13. cap. 6. Syria & Terebinthum habet. (Im-
mō & Provincia & Italia, in qua vocatur corno capra, à
folliculis sive corniculis non dissimilibus cornibus caprarum:
item Trivente, & Paduae Lentisco falso) Ex his mascula
est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus
rubet lentis magnitudine, &c. Χλωσεγν. Plinius, alteri
pallidus. Videtur legisse χλωσεγν, quod pallidum (ut pallere
aurum dicitur) & viride significat. Θυαδίσεγρ. Alii for-
tasse θυαδίσεγρ: vel θυαδίσεγρ: quia θυα, non θυα dicat
Plinius. Vera autem lectio est, θυαδίσεγρ, ut & legit Plinius:
Cum vite, inquit, maturescit, non grandior faba, odore
jucundior, tactu resinofus. οὐδὲ μὴ τών ίδην. Corruptus co-
dex Plinius; sic emaculandus ex hoc loco, resinofus. Circa
Idam Troadis, & in Macedonia brevis arbor hac atque
fruticosa, in Damasco Syria magna. Τριπένθη. Scribe, πε-
ρεσθήσας, καὶ βάδο legend. Ελαῖας, τῷ χρώματι οὐδὲ ιρυθρός, φύλ-
λα, &c. Sic enim legend. & Plinius: flos racemosus, oli-
væ modo, sed rubens, folia densa. Αγωνιστηροῦ τῆς ιδίας. Fal-
sum, si ita legas, sed deest à particula, ante της. Κεραύνιον, le-
gend. καρυκεύδη, id est. Συλλακαῖδη, lege Adnotat. Εν τοῖς καρυ-

*xix, supra Cap. 14. Plinius, Fert & folliculos emittentes
quædam animalia seu culices, lentoremque resinosum,
qui & cortice erumpit. πλαγῆ. Scribend. πλαγῆ. iiii-
πλαγῖον. Corrige *ιππαλη*, id est, *ιππαν*, ut lib. 4. cap. 2.*

*H*ab. m^og^o. Loquitur de buxo vulgaris. Est enim arborescens, ut Gallicum illud genus, quod in metas emititur amplitudinemque proceriorum. Χαροπ. Constantinus ver. 20. lib. II. χαίρει ἢ τρέψοις κωμοῖς. αἰσθατὸς. Κόσμος πάντων. intelligitur κωμοῖς. Et Plinius lib. 16. cap. 16. Buxus Pyrenæis, ac Cytoro montibus plurima. Vnde pellines, & radis Cytoriaci, id est, buxei Ovidio. Et buxifer Cytorus dicitur à Catullo. Εσ κορύν. mendum insigne. Legendum enim εἰ καὶ. Plinius lib. citato, Craftissima in Corsica, flore non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis. Habesque apud Servium Corsicana mella esse amara, ob eamque causam dixisse Poëtam discernens epitheto,

Dulcia mella premis.

*Et κύριος dicet Theophrast. lib. 5. cap. 9. Διὸ καὶ τὸ μέλι.
Nempe εὐ κύριον, quod repetendum, sumendumque ἐκ τοῦ κατεβαῖνον.
Alioquin essent ista αὐτοπολόμηται; quum δὲ causam reddit de-
monstret.*

Kegatay & dicitur, ut si regeretur, &c. Sic enim legendum. Reliqua vero corriguntur in Crispiniano Lexico in ea voce, nec repetam. Crategus non est Magalet vulgo, nec ea arbor, quam nos vocamus Allier; sed est sorbus terminalis Plinii, de qua & Tragus, & Dodoneus rei herbariae peritisissimi scriptores. Maxima non nostrati & vulgari, sed Anthedoni, quam supra descripsit. Πλάτω μένος ἡ σκεύης. (Nam Plinio sorbus terminalis est, foliis pene platani) καὶ &c. Κόψιμο. Ita vocatur à quibusdam frutex, nobis vulgo di-
-sus Neprun, vel verd de veltie, qui etiam volunt vaccinium esse Plinii. Sed hic κόψιμο lego cum Athenaeo, id est, oleaster. Est vero alius Corinus, frutex, de quo ita Plinius lib. 16. cap. 18. Est & in Appennino frutex qui vocatur Cotinus, ad lineamenta modo conchylii colore insignis. Quod de cortice intelligendum. Adhuc Appennini incole vocant Scotano, & Scoteno corrupta voce: & qui siti in Appennini radicibus, à colore raseo, Rosolo, & Rosa: Sabaudi du Fustet: Allobroges Rhu falsò, sed propter usum in tintura. Nam radicibus utuntur infectores, illisque pannum ruffo colore insciunt, & ramis luteo. Foliorum etiam & ramulorum usus apud coriarios in repurgandis coriis, quod etiam digeſſit in literas Aloisius Anguillara, vir exercitatisimus in stirpium historia.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

De utraque nuce hoc loco nobis agendum. *καρπός* vox latè patet. quandoque pro omni fructu, cortice duro testo, sumitur. Nicandri Scholiaest ex auctoritate Theoph. lib. 14. docet. (quem librum periisse dolendum) *γέρματος*, sī, ait, cū tu *πίσσας* καὶ *δικτυαῖς* τὸν *φυτόν* *καρπόν* αὐτὸν πεσοντερέσθω. *κάρπα* δὲ λέγεται ὄπλα (forte σταταὶ) τὸ ξύλον λίνος. *Ιχθύς*. Paulo infra. *κάρπα* λέγεται στὸν ξύλῳδες λίνος *Ιχθύς*. Athenæus lib. 2. οἱ ἀττικοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συμβοῦσιν καρπά πάντα τὰ αἰρεθῆ κάρπα λέγουσι. *Carya*, id est, nuces; Attici, & alii scriptores communis vocabulo, fructus omnes operimento duro testos, appellant. Hos fructus ab Atticis Hesychius ἄρπα vocari ait. σικνοὶ δὲ ἄρπα λέγουσι τὸ μῆλον, τὸ δέ τοι ἄττικη ἄρπα. Ipsam amygdalam *καρπόν* vocari auctor Hesychius, *καρπόν* τὸς ἀμυδάλας, καὶ *καρπόν*, καὶ *τήπος* *δέρματος*, καὶ *τήπος* καρπα. Late etiam in verbis Theophrasti, quæ ab Athenæo lib. 3. citantur, accipi debet **VOX** *καρπόν* εἴτε τὸν μετέχοντα φυτοῦ πάντα τὸ δέρμα, καὶ διατελέσθαι *αμυδάλην*, & *καρπόν*. Εἰ τούτοις τὸν *τήπον* *δέρματος* καρπα. Late etiam in verbis Theophrasti, quæ ab Athenæo lib. 3. citantur, accipi debet **VOX** *καρπόν* εἴτε τὸν μετέχοντα φυτοῦ πάντα τὸ δέρμα, καὶ διατελέσθαι *αμυδάλην*, & *καρπόν*. Aufonius quinque nucum genera facit, ac quatuor his pineam addit.

Et dupli defensa putamine nux.

Alii quatuor genera nucum faciunt, castaneasque ab hoc genere excludunt, & glandibus, ut Græci non nulli, adscribunt. Apicius de nucleis hæc: *nuces maiores*, *nuces pineas*, *amygdala*, *avellanae*; *nucleos vocant*, quod intus est. Græci *καρπόν* βασιλικόν, seu juglandem Latinorum *καρπόν* vocant. Gal. lib. 2. de alimentorum facultate. *βασιλικά της ὄντος καρπά καρπά*, *τελεία της τοῦ πάντα ὄντος καρπά καρπά*. Quæ vocantur *basilica regia*, nunc simpliciter ab omnibus *caryæ* nuces vocantur. Cassianus Bassus lib. 10. cap. 73. *καρπόν* dictam putant à *Carya* Dionis, Laconia Regis, & Iphæx filia, à Baccho amata, ac in arboreum sui nominis mutata, cum arctius à sororibus custodiretur, ut narrat Servius, in octavam Mardonis eclogam. *Caryam* vero quam amaverat, in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latinè *nux* dicitur. quod postea Diana ita factum Laconas docuit, unde templum caryatidi Diana à Laconibus consecratum. Aliam hujus consecrationis rationem refert ex antiquissimo interprete Statii Doctiss. Salmagius: *Caryæ templum Diana in Laconia sacrum*, quod etiam *caryaticum* (scribe *caryatidum* Hesych. *καρπάντες δέρματος, καὶ ιερού*) nominatum est, ex hac causa: cum luderent virgines, minitante ruina, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pendit, quam nucem Græci *caryan* vocant. Sed & aliam nominis rationem ex Plutarcho petere licet: hic lib. 3. sympos. cap. 1. τίτλον τὸν καρπόν εἴτε ὀνόματον, οὐ ποτὲ βασιλικὸν εἰ καρποπόν ἀφέσσον, λυπή τὸν ιερόν τὸ δέρματιν: Nam & nucem *caryam* dixerunt, quod spiritum gravem, ac soporem incutientem profundum exhalans, lēdat, qui sub ea recumbunt. Plin. lib. 23. cap. 8. Nuces juglandes Græci à capitib[us] gravedine appellavere. Etenim arborum ipsarum, foliorumque vires in cerebrum penetrant. Iuglandē ne vocarunt à capitib[us] gravedine Græci? Latina vox est juglans. Scribe, *nuces juglandes Græci caryas*, à capitib[us] gravedine appellavere. Idem Plin. lib. 17. cap. 12. Iam quedam umbrarum proprietas. Iuglandium gravis & noxia, etiam capitib[us] humano omnibusque juxta sat. Noverca ergo verius quam nutrix, ob id in hortis agrifive inutilis & noxia, extremisque partibus locatur ac plantatur. Ovid:

— *Quoniam sata lēdere credar*
Me quoque in extremo margine fundus habet.

Καρπόν igitur, quod *καρπόν*, id est, τὸν καρπολόν caput, lēdat umbra sua. Cur umbra noxia? Causam dixi ex Plutarcho, quod spiritum gravem emittat, odoremque virosum. Sed quæ causa, cur spiritus hic gravis, odorque, non dissipatur ac extrahitur Solis, aut ventorum vi? Hoc sit partim propter spiritus vaporisque quem emitit crassitatem, partim propter multitudinem densitatemque foliorū, quæ impedit, quo minus Solis vis eō deferatur ut consumi, corrigique vapor ac spiritus possit. Cæterum arbor Græcis *καρπόν*; fructus *καρπόν* dicitur. Apud Suidam ramen *καρπάντες δέρματα*. *καρπόν* ἐξ *καρπόν*. Idem apud Phav-

rinum legitur. Accentus ergo si in antepenultima sit, fructum significat; cum in penultima, arborem. Contra Nicandri Icholiaestes, arborem fructumque *καρπόν* vocari auctor est. *καρπόν* ἐξ *καρπόν* λέγεται καὶ τὸ δέρμα, καὶ καρπόν. Latinus nux dicitur. Vox hec Latina, non minus late, quam Græca caryon sumitur. Grammatici sanciunt, nuces dici generaliter, omnia testa corio duriore, ut sunt avellane, amygdala, juglandes, castaneæ; & contra poma dici omnia molliora. Græci *καρπόν* vocant, quæ cortice duriore teguntur; *οπώρας*, quæ molliore. vide cap. 7. lib. 2. De nucis etymo hæc Varro lib. 4. de lingua Latina tradit; Eadem (juglans) *nux*, quod ut nox ærem, ita hujus fructus facit atrum. Iuglandis corticem latis tingendis & rufi-fandis capillis adhiberi, auctor Plinius lib. 15. cap. 22. Tinguntur, inquit, cortice earum lanae, & rufatur capillus, primum prodeuntibus nuculis. Id compertum infectis tractatu manibus. Quod querula nux, poëta Sulmonensis tellatur.

Nostra notat fusco digitos injurya succo,
Cortice contactas inficiente manus.

Alii nucem à nocendo dictam volunt, ut *καρπόν* τὸ δέρμα. Nucem infestam ac vitiosam, non tantum Plutarchus, Plinius, sed & medicorum ab Hippocrate coryphas testatur Galenus, circa finem comment. 1. ad 3. Lib. Epidem. ἵππος δέ τὸν λαζαρίν, καὶ διοδρον, καὶ θαυματον ἀσθενειαν, ἀσθετικόν δέ τὸν καρπόν (vulgo καρπός) τὸ πύελον. Φαρπόνδιον δέ τὸν εἰπεῖν μεχρήστης, δέ τὸν τετταὶ οὐδιας γένεται. Olerum, item arborum fruticumque halitum ut brasica, nuci juglandis (careæ, interpres) & buxi: nam manifeste vicinus aer ab horum inficitur & corrumpit consuetudine. Iosephus Scaliger in doctiss. in Varronem annot. Syria-cam vocem ait, ac à Syris *lur* vocari, verum in nabiisse, ut à lympha nympha. Iuglandem dicta volunt, quasi jo-vis glandem, interlisus litteris: quo nomine non procul à primo mundi ævo, nucem hanc appellatam fuisse quidam tradunt. Quippe cum homines diu glandibus nutriti essent, inventa tandem arbore quænuces fererat, & degustato nucleorum tam suavi sapore, illico nuces has Iovis glandes, ob præstantiam & excellentiam, vocarunt. Iuglandem quasi Iovis glandem dici, auctor apud Macrobius Clostrus. Iuglans D præter missum quasi diuglans, id est, διος βαλανός. Antiquissimos hac nuce nutritos ob excellentiam ei hoc nomen imposuisse, parum sit verisimile. Græcis & Romanis antiquioribus hæc non διος βαλανός dicitur, sed avellana, aut castanea, ut cap. de castanea dixi. Ubi illos in errore versari ostendimus, qui juglandem vel διος βαλανός Latinorum, & Græcorum eandem putant arborem, vel eundem fructum. Diximus etiam, utrumque fructum à doctissimis sepe confundi. Nemo insuper Græcorum memorie prodidit, hoc fructu antiquissimos nutritos. Accedit, non per excellentiam nuci nomen hoc impositum; cum multis corporis partibus officiat. Malunt alii nomen hoc accepisse, ob suavem gratumque quem habet hæc nux saporem, ideoque Latinos eam decorare voluisse, digna appellatio-ne. Alii malunt ita nuncupari, quod Iovi sacra foret. Varronis opinio lib. 4. de Lingua Latina hæc est; *Nux juglans*, quod hæc nux antequam purgetur, similis glandi, hæc glans optima & maxima, ab Iove & glande juglans est appellata. Avellana tamen majorem cum glande similitudinem habet, quam regia hæc nux. Vocatur pura βασιλικα. Diosc. lib. 1. cap. 78. *καρπόν* ινδικὸν ἡ τοῦ βασιλικοῦ καρπόν: fuitque ut hic, docet Dioscorides etiam perfica dicta. Pollux. *καρπόν* καρπάντες τὸν βασιλικόν. Perfica ergo prius dicta fuit, postea basilica sive regia. Verū non omnis juglans Perfica dicta fuit, sed genus quoddam optimum, è Perside allatum. Nec bofera, nec molucca eo donata nomine, nec ex Perside primū adiecta. Plin. loco citato Et has è Perside à Regibus translata, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe earum Perficum atque basilicum vocant. Et hæc fuere prima nomina. Basilici nomen, ut dicit Pollux, imponuerunt recentiores, non antiquiores, nec apud eos nomen illud reperitur. Iuglandem *καρπόν* vocarunt, quod ex plurimis Theophrasti locis probari potest. Vide cap. 18. lib. 1. hist. τὸ δέρματον ἀσθετικόν τὸν αυνοδαλὸν εὶ τὸ καρπόν. Lib. 4. cap. 6. καὶ διος βαλανός ἡ τὸν καρπόν εὶ τὸ διος βαλανός. Vide cap. 8. hujus Libri. Monendus lector, ne cum viris magnis, Perficum malum, & nucem Perficam confundat. Vide quæ cap. de Perfica diximus. Arborem

Arborem non delineat Theophrastus, sed sparsim quædam de ea tradidit, quæ à nobis suo loco examinantur. vide lib. I. c. 16. lib. de cauf. c. 23. lib. I. hist. c. 19. lib. 4. de cauf. cap. 2. lib. 3. hist. cap. 7. lib. 3. hist. cap. 4. & 6. lib. 5. hist. cap. 8. Folia Diosc. lib. 3. cap. 3. comparat gentianæ, quæ radici proxima sunt, ἵνα φύσια της μετρίας της πίστης καρπού. ή δρυού λόφος ὁμοία, τιτανεύθετα. Eodem loco citato cap. 8. centauriuma magnum folia juglandi similia habere, tradit. φύσια της καρπού βασιλικῆς ὁμοία, αγαπητή, χαράπατη χλωρίς, ὡς καρπούσιος. Comparat etiam pœoniae mari lib. 3. cap. 157. Lib. 4. cap. 174. sambucum folia juglandi non dissimilia habere, ait. vide cap. de sambuco. Vix potest fructus elegantius describi, quam fecit Plin. lib. 15. cap. 22. Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ cessere auctoritati, nuces juglandes, quanquam & ipsæ nupcialium Fescennioralū comites, multum pineis minores universitate, eademque portione ampliores nucleo. Nec non & honor his naturæ peculiariis, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eis nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est versimilis, quam, quia cadendo trispudium sonumve faciant. Nonnulla pleniū explicanda. Fescenninus verlus, carminis genus erat, inter nuptriales jocos & lusus cantari solitus, omni obsecnitate & opprobrio plenus, licentia quadam majuscula matrimonii statum aperiens, Nomen accepit à Fescennio Campaniæ, vel Sabinorum urbe. Hoc in carmine, conjugiorum præfides, quinque Deos, Iovem adulterum, Iunonem adulteram, Venerem, Diana, Suadelam rogabant, ut adessent propitii, ac prolem secundarent. Qua de causa, inquit, Plinius, nuptiis fecit religiosas? Multis de causis spargebant nuces, quarum hæc non postrema; quod nucleus habeat suavissimum, sed intus munitis tectum ac munitum, ita, ut divinum, quod intus continetur, esse videatur. Indicare voluerunt, connubii fructum dulcisissimum, sed ad ejus dulcedinem ac suavitatem tuendam multa, firma, ac diligenti custodia opus esse. Imprimis acerbi labores subeundi, perforanda quæque aspera ac dura, ut ea suppetant quibus conjugii & suavitas, & præstantia, & dignitas, non modo constare, sed etiam augeri possit. Hæc si numerare velim, calamus prius quā materies deficer. Qui è nuce nucleū esse vult, frangat nucē oportet, inquit Comicus. Qui matrimonii dulcedinem percipere vult, eamque dum vivit sibi æternam servare, custodiat oportet id, quod charissimum habet, multo labore, magnis molestias, amaris curis, plurimisque diligentia involucris, non secus ac naturam nucleus in nuce fecisse videmus. Sequitur alia ratio cur nux nuptiis religiosa, Indicabant, tot modis involucrisque munitum fœtum. Etenim ut fœtus in utero tribus membranis, amnio, allantoide, & chorio custoditur: ita nucleus tribus operimentis munitus cernitur. Quorum exterius herbaceus ac virens, quasi cortex est: huic lignosum putamen subest; sequitur tenuis cuticula, quæ nucleus undique ambit, ac continet. Extimum operimentum sive corium herbaeum Festus culeolam vocat, interiorem verò cuticulam tenuem, idem nauci vocat; medium lignosumque nucis tegmen; putamen ligneum nucis vocari solet. Notandum Plinius, quod gemino tantum operimento tegi scribar, cum tribus jam dictis nucleus inclusus sit. Spargendrum nucum hanc rationem adfert Varro, ut Iovis nomine matrimonium celebretur, & nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tutela Iovis sunt. unde juglandes vocantur, quasi Iovis glandes. Apud Græcos eadem de causa, novus sponsus sponsaque τοῖς νυφισμασ, amygdalis, nucibus juglandib. spargebatur. Suidas. νυφισματα. Ιδοὺ δὲ Στρατός ὅπερεις εἰσὶ οὐκίαι τῶν δεσπότων, ή τὰ δέσποτοι αἱ στρατιώται, ή καρβουνιταῖς ηγετεῖς αἱ καρβουνιταῖς ἱεράτευς. Φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πεδίου τοῦ στρατού τοις, ιεράταις τοῦτο γίνεσθαι σχετικόν τοῦτο εποιεῖν. καρβουνιταῖς. Ιδοὺ δὲ αὐτοῖς τοῖς ιεράταις ή τοῖς θελάταις ή σεβάτοις εἰσὶ τοις θεοῖς εἰς τὰς οὐκίας, ή αὐτοῖς τοῖς ιεράταις οὐκέτι ιεράταις, οὐκέτι τοῖς θεοῖς εἰς τοις θεοῖς κατατίθενται εἰς οὐκέτι θεοῖς. αὐτοῖς τοῖς κατεπιχυσματοῖς φοιτιών, καθαρισματοῖς, τελεταῖς, ιεραῖς η πατέρων οὐ συνδέοντο. Mos erat Athénensis, quando novus sponsus vel sponsa in domum inducerentur dominum vel dominam suam. sparg- re (ad verbum, perfundere) magnam nucum & cariarum copiam, quæ catachysmata vocabant. Idem fiebat is, qui primum legationem obiiturs, aut oraculum sciscitaturi emittebantur. κατεπιχυσματα. Mos erat Athénienibus juvenes, aut servos cum primum domum intrarent, vel etiam quibus bonum augurium exoptabant, sponsum, sponsamque domum ingressam bellariis, boni omnis causa, perfundere. Constant catachysmata hæc ex palmulis, collybis, trogaliis (Hesych. bellariorum inquit esse gene-

ra.) caricis & nucibus, que rapiuntur à sociis. Et hæc ter-
tia causa, cur nuptiis dicatae nuces, Sequitur quarta ac
vulgaris. Ideo nuces spargi, ut à rapientibus pueris fiat
strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit
audiri. Hæc causa à Grammaticorum filiis adferri so-
let, quando hos versus Virgilii exponunt.

*Mopse novas incide faces, tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces, tibi deserit hesperus oceanus,
Mopso Nisa datur! quid non speramus amantes.*

Non tantum Latini, sed & Græci hanc nucū sparsionis causam dicunt, adduntque, strepitus hos nū extinxit vocari. Scribunt enim, nū extinxit eisq; extinxerunt reditum, & extinxerunt eisq; iugurtha, & eisq; sonus exalitans nū nuptiis ē iugurtha. Effe sonos qui foris excitantur, quando sponsa sponso accumbit. Hanc opinionem expludit Plinius. Quæ causa, inquit, eas nuptiis fecit religiosas, tot modis sœtu muniro, quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciunt. Corrigunt ex antiquis libris tripudium sonivium. Est autem tripudium sonivium, interprete Festo, tripudium sonans. Sonant in humum cadentes nuces. Malunt alii tripudium solistimum legere, de quo Cicero lib. 2. de divinatione. Sed quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terrapavium primo, post terripodium dictum est. Hoc quidem jam tripudium. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti, tripudium solistimum nuntiant. Idem eodem libro. Si enim fatum fuit, classes populi Romani, bello Punico primo, alteram naufragio, alteram Pœnis depressam interire, etiam si tripudium solistimum pulli fecissent. L. Iunio & Pub. Clodio consibus classes tamen interissent. Prægrandis arbor Iuglans,

Nux Juglans Lobel.



multis prælongisque nixa radicibus, caudice procerò, ac crasso, ad binum ternamque sepius cubitorum amplexus, multis ramis in summo sese diffundentibus. Cortice truncus vestitur cinerito colore, subvirente, per semium huius, &c in rimas altas dehiscente. Materie constat ampla, nigricante, undatum crispa: foliis primum teneris, rubicantibus, suaviterque odoratis; cum adoleverint lati, oblongisque, quinis senisve ad unam costam cohaerentibus, unoque eminente, quæ latiora, longioraque sunt fraxini; lavia item, & odore graveolentia, patulam jaetantia umbram, sed insalubrem, autumno decidentia. Iuli cum foliis vere erumpunt, juxta foliorum pediculos salignis ferè similes, longiores, callo squamatim compositi, eti protracti, ordine nucis pineæ; qui dehiscunt, flavescentes.

vescentes flaccentesque statim ac folio majora esse ceperint, decidunt. Tum super horum jularum petiolis, flores erumpunt, totidemque geniculata calicamenta occlusa, petiolis nixa, gignuntur, quot flores; singulisque his singulariæ nuces includuntur, herbaceo ac virente contextæ cortice; cui lignosum subest putamen, in quo nucleus continetur, tenui velutus cuticula, quadripartito fere divisus, intermedia lignosa veluti membrana, cujus interior caro albida, dulcis, & ori grata est: recens quidem; aridum enim oleosum ac rancidum quid subinde contrahit. Plinius loco citato; *Solum hoc pomum natura compatiens operimento clausit. Namque sunt bisidae putaminum carinae, nucleorumq; in illis quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana.* Testaceo operimento testus fructus; ut plurimum continuo teguntur tergo paucæ bifores. Putaminum carinas quidem habent, sed non sola juglans, ut Plinius ait. Manifestæ satis juglandi, & faciles aperiri, in perfiso altera tantum ex parte manifestissime, sed difficiliores ad separationem: in pineis obscuriores, in avellanicis obscurissimæ, mediocres in amygdalo: in pistaciis vestigia, quæ per se ipsa hiant aliquando vetustate. In agris leucus vias ac semitas pingui ac restibili solo nux proficit, & in hortis: letis gaudet collibus, montibus delectatur, aquas odit, aquosisque tractus spernit. *Sola*, inquit Plin. *differentia generum in putamine, duo, (in antiquo duro) fragili ac tenui, crasso, loculo ac simplici.* Differunt etiam magnitudine. Alia enim nux major, minor alia, Quare recentiores quinque differentias potissimum norantur. 1. nux juglans sive regia vulgaris. Hanc à duro cortice, & frangendi mōra moraciam & moracillam vocari tradit Hermolaus; non facile à putamine purgari potest, surdam nominat Cæsalpinus. 2. fructu maximo. caballinam Dalecampius vocat, nostrates Molenaers noot. Ex harum cuppis marsupia pueris gestanda fiunt. 3. nux juglans fructu tenero, ac fragili putamine; à Dalecampio molusca dicta, cum Tarrentina eadem, aut proximæ naturæ. *Tarentinarum*, inquit Plinius loco citato, *duo genera, fragili putamine, ac duro: que sunt & amplissima, & minime rotunda. (tales quas Molenaers vocamus)* Præterea mollusca putamine rumpentes, sunt qui honoris nomen interpretentur, & Iovis glandem esse dicunt. Videtur Tarentinam, molluscum, à juglande diversam facere; non dubito tamen, quin eadem sit. 4. juglans bifera, quam Hermolaus in agro Patavino provenire scribit. Plin. loco citato. *Nuper consularem virum audivi, biferas & juglandes nuces se habere profidentem.* 5. Nux juglans fructu ferotino. Nuces Iohannis vocant; quia ante diem D. Ioanni sacrum, neque folia, neque nuces ostendunt: cum id tempus adest, pares reliquis nucibus quo ad fructum & folia. Hārum Tragus meminit, Bauhinus circa Tigurum, Dalecampius circa Lugdunum observavit. 6. nux juglans folio serrato, fructu teneriore & longiore, à Clusio scripta.

Alterum nucis genus ισχαλιωπικὸν καρένην vocat Theophrastus, ab Heraclea Tracum urbe in Ponto. Stephanus εἰδεὶ πόλεως: ισχαλια πόλις τοχεῖν, σὲ τῷ πόντῳ. Pontica quoque nux dicitur. Plin. libr. 15. cap. 22. *In Asiam Græciamque ē Ponto venere, & ideo Ponticæ nuces vocantur.* Gal. Lib. 7. simpl. Εἰδεὶ ἔπειρος, π. γένος καρέπτερος, & δὲ ποντικὴ φετούσαρεστια. Est aliud genus nucum minus, quod Ponticum dicunt. Vocatur etiam λεπτογένευς. Diosc. Lib. 1. cap. 179 τὰ μὲν ποντικὰ & ίνοι λεπτογένευς καλέσιν. Nuces vero Ponticæ, quas nonnulli leptocarya, id est, tenues nuces vocant. Geoponicus auctor Lib. 10. καρένην δὲ εἰς ποντικόν, τὸ λεπτογένευς. Gal. Lib. 2. de Aliment. Facult. καλέσιται δὲ καὶ αἷδα πολὺ λεπτογένευς, πόλια μικρόπτερος τούτων ἀφεστρεψάσθαις οὐσίαι ποντική. Idem Libr. 7. simpl. φετούρεστια ἡ τὸ μικρόπτερον ποντικὸν ψεύτης τὸ πολεύον λεπτογένευς. Vo- catur eadem διὸς βαλανός. Atheneus Lib. 2. ιεράνης δὲ καὶ πρασίδις σὲ γλυκός διὸς βαλανόν Φοῖον καλέσιον τὸ ποντικὸν καρένην, Hermonax & Timachida in linguis. nucem Ponticam, διὸς βαλανόν, id est, juglandem vocari scribunt. Idem τὰ δὲ ισχαλιωπικὸν καρένηρα καὶ διὸς βαλανόν τείχει μὲν τὸ σύνορα τοῦ αἰγαγγείου. Falluntur qui Athenaeum falli scribunt. Pollux idem testatur, η τὸ λεπτὸν καρένη ἡ καὶ διὸς βαλανόν καλοῦσι. Afferit Hesych. διὸς βαλανόν. ιεράνης φορμόφορος.

Τὰς δὲ διὸς βαλάνους ἡ ἀμενύδαλα σησλόεντε.

Τὰ καρένια. τὰς δὲ ποντικὰ ισχαλιωπικὰ. Quid clariss? Dicendum tamen antiquissimis, διὸς βαλανόν castaneam esse. ut cap. De castanea, probavimus, ubi simul etiam à Doctissimis viris castaneam & avellanam confundi ostendimus. Scribit Atheneus λόπους dici avellanam, ὃν πο-

τῶν καλεούσιν καρένην η λόπους ποντικὰς οικεῖσσις μημεούσις εἰ- καρδρος. Versus Nicandri pagina verfa citat.

Δάπτηρον καρούστε,
Ευβόεες, Βάλανον δὲ μετέξτηροι καλέσαντο,
Lopimum nucemque.
Euboicam alii glandem nominarunt.

Hic vel exscribentis est erratum; (nam ὃν οὐδεις καλεούσιν καρένην, scribere debuit;) vel ipsius auctoris, Nemo λόπους, nemo οὐδεις avellanam vocari tradidit; Vide caput de castanea. Hesychius avellanam μικρήν vocari tradit, μικρή τη ποντικὴ καρένη. Latini avellanas Ponticas nuces vocant, ab Avellis Italiæ oppido. Plin. loco citato. Cæteris quicquid est solidum est, ut in avellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas, patrio nomine, appellabant. In Toletano codice notat Pintianus, scribi abellinas non abellinas, ut vulgati codices habent. Vulgata melior videtur. In Priapeis enim legere est: *nucem verd longam, quam vocant avellinam.* Longa, quod ex oblongo rotunda est, arbor ipsa corylus vocatur, Belgis *Hasengote-boom.*

Avellana.



Elegant Heracleoticam nucem describit Theophrastus. In Basiliensi editione legitur, η οἱ ισχαλιωπικὴ καρένη (φυτοὶ γδὲ καὶ τοῦτο ἀγρεῖον), τῷ τε μικρὸν μηδὲ πολὺ καρένη γίνεται, &c. Hæc corrupta esse, nemo non videt. Scribit doctiss. Constant. η οἱ ισχαλιωπικὴ καρένη (φυτοὶ γδὲ καὶ τοῦτο ἀγρεῖον) μηδεῖται τῷ τε μικρὸν, η μικρή, &c. Verte, corylus (etenim hæc quoque natura sylvestris est) sylvestris vocatur, quoniam neutiquam aut saltem non multo deterius, quam urbana fructificet.

Xenophanes. Mira res. ideo fœcundiores corylum esse, quod hyemem ferat. Sed videtur velle, ideo sylvestris naturæ esse, quod ferat hyemem. Utro modo sumas, ridicula videtur sententia. Iuglans fert hyemem, idem facit cerasius, sorbus; sed ideo nec fœcundiores, nec sylvestres dici merentur. An hæc sententia magistri, sylvestris planè naturæ hanc esse, indeque probari, quod nullo modo ab hyemis injurya laceratur, aut aliquod incommode ab ejus saevitia patiatur? Vel expone: non multò deterius quam urbana fructificet. Hyemes perpeti possest. Ut sit à priori diversa sententia πολὺ φύεται οὐδὲν. In Geoponicis traditur aquosos & argillosos amare tractus. Lib. 10. cap. 68. καρέπει δὲ τόποις τοῖς αργιλώδεσις πολυάρδοι. Gaudet argillosis & multū aquosis locis. In sylvis aculinosis locis sæpius proveniunt, etiam in montibus, sed humidis laetior arbor affurgit, fructusque sapore præstantiores fert, ut infra fatetur Theophrastus.

Καὶ πολύκαρπος, σὲ ποντικὸν φορεῖται. Scribe cum Roberto Constantino πολύκαρπος εἴηναι vel πολυκαρπῖον. Et quod fœcundissima

sunt sit quum annus proventum attulerit. *φορή de fertilitate terrae fructibusque dici solet, ut φορή ιδιωτική, oleorum proventus, & copia largior. Quo sensu dixit Aristoteles, τὸ τέλος τῆς φορῆς τὸ διάδειγμα εἰναι τότε, arbores post fertilitatem ubiorem arescere.* Theophrastus Lib. 3. de cauf. *τὸ τέλος τῆς φορῆς, ad fructum ferendum; quasi fructificationem, si latine diceretur.*

Ἐτι οὐτοὶ μηδὲ τελεχθῆσι. Vide quæ cap. 5. lib. 1. dixi. Vide cap. 18. lib. 2. de cauf. Corylus raro procula spectatur, sed quæ ab ipsis statim radicibus numerosos emitunt caudices, robustos, crassos, hominis statuam superantes, ut fruticosa sit. arborescit tamen, unde in summitate exuent rami, enodes, lenti, & obsequiosi.

Διεφορή &c. Urbana corylus folio est ampliore, fructu suaviore.

Κερασοφύλλη &c. Folia lata sunt, majora, latiora, rugosiora, crispiora quam alni, in marginibus serratim incisa, colore virentia, aversa parte albida. De flore & julo supra cap. 7. egi, ubi ostendi contra recentiores, quod & florem & julum avellana fert. Iulos emitunt in locis paulò calidioribus, Italia, Gallia, autumno, postquam decidere folia. Apud hos primo tempore erumpunt, non dum soluta hyeme, deciduntque Martio, Aprilique mensibus. Sunt hi oblongi, tenues, compacti, lutei, antequam cadant; quibus decisis, exigui rubri flosculi, croci staminibus brevibus persimiles, erumpunt: à quibus calyculae tegumenta, totidem quot flores, super pediculum videntur, eorumque singulis, singulæ nuces, quæ juglandibus multò minores, membrana vestiuntur callosa, herbacei coloris, extremis partibus mollioribus, & fimbriatis in barba modum, rosarum alabastra propemodum referentibus. Putamen laxe & lignosum est, interior nucleus carne constat candida, dura, solidaque, tenuis quem contegit membranula, quandoque rubicunda, saepius candicans, sapore non ingratius.

Καρπομάτερ, &c. Vide cap. 5. lib. 1. & cap. 18. lib. 2. de caufi; ubi Theophrastus cur virgis præcisit fœcundior. avellana docet. Fœcundorem esse virgis præcisit lib. 1. dixi, à recentioribus observatum esse.

Τίνος αὐτοῖς. Ergo quatuor agnoscit avellanarum genera; Ex domesticis aliæ oblongæ, aliæ rotundæ sunt. Veruntamen oblongas & præstantiores & gustui gratiores esse constat, & illas præsertim quæ putamine vehementer rubent nucleumq; tegmine rubro, cinctum habent; & fructu sunt contumaces. Non omnibus avellaniis idem sapor reperitur, neque eadem pulpae gratia; siquidem aliæ prædulces, ac mansu faciles, aliæ verò asperiusculæ, & ingratiories, & mansæ duriusculæ habentur. Oblongæ seriùs maturitatem sentiunt, celerius verò rotundæ. Quapropter illæ vegetiore sunt nucleo, diuque perdurant. Sylvestres coryli, nuces etiam largiuntur rotundas & oblongas; tanta quidem ubertate, ut eas rura saccis legant, ubi maturitatem senserint. Cum urbanam ἀνθεκόντες scribit Theoph. id de nucleo vel carne nuclei accipe, non de tegmine.

Quæ de generibus nucum tradit Plinius, ea examinanda restant. Adjicit, inquit, præterea avellanæ, & gallæ, Prænestinas, quas maximè laudat, & conditas ollas in terra servari virides tradit. Desumpsit hæc Plinius ex octavo cap. Catonis, ubi non galba, sed calva legitur. Laurum Delphicum & Cypricum & sylvaticum; nuces calvas avellanæ, Prænestinas & Græcas, hæc facito uti serantur. Quæri solet, an calva nux ab avellana diversa? Item an species avellanæ? Postremum quibusdam, aliis primum verisimilis videtur. Nam nisi nuces diversæ, quorsum tantum diversas ponere? Præterea, si calva & avellana eadem nux; certè Græca, quam Plinius amygdalam interpretatur, sub avellanæ genere comprehendendi debet. Auctor glossarum Græco barbararum, Calva nux, βασιλικόν, nux regia, tota facie ab avellana diversa. Sed auctor hic, parum vel nihil fidei apud me meretur. Puto tamen calvas ad avellanarū classem referri debere; & antiquos Latinos arborē corylum vocasse, quæ cum diversas & saporem, & figurā ferat nuces, earum alias avellanæ, alias calvas appellarent. Recentiores omnem coryli fructum avellanam vocarunt, quod vel præstantior esset, vel vulgatior. Sed qualis fuit nux calva? Glossarum barbararum auctor calvas interpretatur πορτικα τηρουγητικα. Nimis calvas non natura intelligit, sed tostura factas. Sed id repugnat verbis Catonis; qui virides condi tradit. Alii calvas interpretantur nuces, non undique corticis putamine obductas, sed summo apice nudas, quales avellanæ, & Prænestinae, & Græcae. Ergo calva nux foret genus; reliquæ species. Quod non videtur verisimile. Nec nux calva videtur, quæ non undique corticis putamine

obducta est, summoq; apice nuda. Cato enim calvatam vitem vocat, viduatam, destitutam, orbata fructu. Nam ut homines calvi dicuntur, vel quibus nullus vel rarus admodum capillus: ita calvata vitis, in qua vel fructus nullus, vel rarus conspicitur, Cato cap. 33. Si vinea à vite calva erit, sulcos interponito, ibique vivi radicem serito, umbram ab sulcis removeto, crebroque fodito. Plin. lib. 17. cap. 22. Si vinea à vite calvata erit, sulcos interponito &c. Calva itaque vitis, si non menduim apud Catonem, calvata, id est, orbata, viduata, Columella, lib. 4. cap. 29. vitis calvitium dixit. Idem lib. 4. cap. 33. Propter quæ sæpe novella castaneta calvescunt, atque ibi frequentandas sunt &c. Calvescunt, rarae fiunt, castanearum arbores. Calva nux non potest dici, quod fructu non ferat. Si enim fructu caret, qui condiri potest? Quare illorum opinione magis probo, qui calvam dici volunt, quod non undique corticis putamine obducta sit, sed summo apice nuda. In eo tamen dissentio, quod non omnis coryli nux calva, sed certa quædam species sic dicta fuerit. Sequitur Prænestina. Hanc cuim calva eandem volunt, Plinii codicem corrupti scribit, leguntque, *Adiicit præterea avellanas, & calvas Prænestinas, quas maximè laudat, & conditas ollis in terra virides servari tradit. Genus, inquit, avellanae Prænestinæ, calvum dicebatur, quod in summo minus barba rectum esset. Nam id genus nucis mollii barba vel capillo protegitur. Plinius. Has quoque mollii protegit barba. Quæ barbam illam non habebant, in hoc genere, calvas vocabant, quales erant Prænestinae. Totum genus Græci λεπτοδευον dicebant. Postremum non inficias imus; sed Prænestinam & calvam eandem nucem esse, non facile persuaserint, quas manifestè separat Cato. nuces calvas, inquit, avellanas, Prænestinas, & Græcas, Athenœ hoc nucis genus cognitum fuisse asserunt; sed locum corruptum. Lib. 2. deipnolo phistio legitur, ὥστε φησε, καὶ παρακείμενα: καρπίτης δι της Επονίας καρπα. Corrigunt, ἢ τινα Επανίστα καρπα. id est, ut apud Plinium legitur, quoddam genus nux Prænestina vocatur. Corrigit Dalecampius, καὶ μόσχα καρπα, quibus putamen valde lignosum ac durum. μόσχον τυρρινον, domus lignea, sedile ligneum Hesych. μόσχον. τις & mossyn turris. μοσχον, μασκοθαρρος, tardè mandere. Nux hæc tardè mandebatur, propter putamen durum, ac lignosum. & talem nucem dari ipsa experientia probat. Recentiores has corylorum differentias observarunt 1. corylus sativa, fructu albo minore, sive vulgaris. 2. corylus sativa, fructu rotundo maximo. 3. corylus sativa, fructu oblongo rubente; quæ præstantior, & tardius rotunda maturatur. Hanc quæ fructu est oblongo, etiam duplice faciunt, cuius alterius nucleus rubra, alterius alba pellicula integritur. 4. corylus nucibus in racemum congestis. 5. corylus sylvestris, fructu est minore, albidore, & rotundiore quam sativa. 6. avellana pumila Byzantina, à Clusio Lib. 1. hist. descripta, quæ crassos admodum magnosque fert in tenuibus pediculis calyces, callosos, durosque, modo singulares, modo plures simul in eodem pediculo cohaerentes, ut vulgaris, extrema parte in multas, crassas, longasque lacunas divisos, sed etiam multis fimbriatis appendicibus obsoitos. Sunt verò ii calyces foris admodum dura asperaque lanugine hirsuti, interiore parte laves, continentes fructum avellanæ sylvestri & sponte nascenti ferè similem, vel aliquantulum breviorem, duroque putamine, ut illa, constantem, & nucleus similem continentem. Hanc barbatam Plinii nucem esse contendunt, cuius mentionit lib. 19. cap. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipium vocant, plures Xylon, & lina inde facta Xylina. Parvus est, similēque barbata nucis desert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Certè nullum nucis genus vidi, cuius major cum Xylo fructus similitudo, quam avellanæ Byzan tinæ. Attamen nucem barbatam Plinii, à vulgari avellana diversam, non puto. Nam cap. de juglande 24. lib. 15. de avellana hæc tradit. In Asiam Græciamque è Ponto vendre, & ideo Pontica nuces vocantur, Has quoque mollii protegit barba, sed putaminibus nucleusque solida rotundata inest. Eæ & sorrentur. umbilicus illis intus in ventre.*

Φλοιὸν ἢ τι. τιλιον ἵππολατον &c. Aliiquid deesse diligens facile videt lector. Quis ille sensus, corticem habet, preterquam tenuem. In Ald. & Bas. legitur, τιλιον ἵππολατον. Nescio qualis cortex ἵππολατον. Cap. precedenti κλιθρων τραχύφλαιον dixit, καὶ εἰπεις ἐρρόπος. Magnam similitudinem corilis cum alno habet, adeò ut recenter narrat, difficulter dignosci queant. Scribo φλοιὸν ἢ τι ὅμοιον κλιθρων τιλιον τηλιον, λεπτὸν, ἡπαρόν, id est, μείζας λεπτῆς ἔχοντα σὺν αὐτῷ corticem habet alno similem, sed varium, senuum, pingueum

(cur

(cur λιπαρός, non vertant, causam video nullam) *maculis* albidis peculiariter variatum. Corylo cortex tenuis, pinguis, maculis albis notatus. Pinguem corticem alni respectu habet, cui scaber & rimosus: huic pinguis & æqualis, quique nonnunquam, ubi annosus est, incanus evadit, viscum profert.

Περιστοιχία της κύμης. Malè in Ald. & Bas. *περιστοιχία* legitur, ut ex prægracilibus desquamatis, ex crassioribus verò derafis canistra fiant. Ex crassis hodie virgis circulos doliares elegantissimos confidere norunt. Radicem habet longè lateque se diffundentem, nodosam, ac undatim crispam: ex quā vasa & supelle filia varia fabricantur, qua diutissimē durant, nec facile corrumpuntur.

Tūc οἱ περιστοιχίοι, &c. Dictam hanc arborem volunt περιστοιχία à coccineis ramorum baccis, aut acinis rubellis, similibus & concoloribus quadantenuis cineri. *περιστοιχίος*; Græcis Cicer. à Nicandro *τερέβινθος* vocatur.

Kαὶ τερέβινθος νέον πλανεῖδεα καρπόν.

Scholiast. *τερέβινθος* οἱ ὁ λευκόμητοι περιστοιχίοι, ἐπὶ τῷ καρπῷ πλανεῖδεα φύον διλαβὴ πουκιλὸν τῇ καρπῷ. ὁ γάρ περιστοιχός τους κόκκους φίγει παφίσσους χρώμας καὶ εἰδὴ ἔχοντες. *Τερινθός*, quam terebinthum, nominant cuius fructum πλανεῖδεα diversum dicunt, ob varium videlicet colorem, fert enim terebinthus coccus colore & forma differentes. A Dioscoride, Galeno, aliisque τερέβινθος dicitur. Geopon. au. & r. lib. 10. cap. 73. *Τερινθός* ιερὸς λαζαρίδης περιστοιχίος. *Τερινθός* est quam terebinthum vocamus. Idem eodem lib. 16. c. 65. τοῦ γάρ εἰς περιστοιχίον λόγοι εἰπούσαις περιστοιχίον καλέσσι, μάλιστα ἡπτήλιον ἔχοντες. Ego enim in terminthum, quam vulgus vernacula voce terebinthum vocat, & maximè resinam habet. Ergo vulgus antiquam vocem servavit; doxi alia usi sunt. Apud Theoph. enim hoc loco περιστοιχίος legitur. Puto corruptum codicem. Nam aliis in locis ut lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 4. ubi inter αἴθιφαλλα numerat; & cap. 6. ubi de germinatione agit περιστοιχίος legitur. Verisimile admodum sit ex loco Cassiani Bassi citato, recentiores tantum terebinthum dixisse. Nam apud Dioscoridem & Galenum, περιστοιχίος legeret. Pollux περιστοιχίος arborem esse scribit, τερέβινθος fructum, lib. 1. cap. ult. περιστοιχίος. Λόγοι οἱ αὐτοῦ ἐργατῶν τοῦ εἰλατοῦ & τερέβινθος. Hesychius terminthum plantam quandam lino similem scribit. περιστοιχίος φυτόν οὐ φέρει τῷ λατ. itē & πλεκτοῦς αἴθιφαλλος ήτοι δούλας. Planta similis lino, ex qua Athenienses fiscellas vel nassas nocte solebant. Videatur terebinthum intelligere, quæ in olea nascitur, cujus meminit Theoph. libr. 2. de caus. cap. 23. nisi placeat, Grammatiam thymelæam sic vocare.

Tὸ μὲν αἴθιφαλλος. Plinius lib. 13. cap. 6. *Syria* & *terebinthum* habet, ex his mascula est sine fructu. Feminarum duo genera, alteri fructus rubet lantis magnitudine, alteri pallidus, cum vite maturescit, non grandior faba, odore jucundior, tactu resinosus, &c. Alteri fructum pallidum ait esse. Theophrastus alteram terebinthum fructum ferre ait, primum viridem, κλασσός, (pro quo malè Plinius κλασσός legit,) qui deinde rubescit, demum cum maturus est nigro colore conspicitur. Απειλος malè vertunt, qui concoqui nequit, nec melius, ut annotavit doctiss. Scaliger, ζεψην ruffum interpretantur. *Qualis ruffus*, *qualis ruber color*, exponit idem Scaliger. Απειλος malè, qui concoqui nequit, reddit. Non agit Theoph. de cibi coctura quæ in stomacho sit; sed de maturitate, quæ calore fit, & similis cocturæ stomachi est; hoc botanici maturescere dicunt. περιστοιχίος cibum concoquere, & maturescere significat Theophrasto in his quæ maturantur peculiaris hæc vox est. Eandem significationem apud Homerum haber. Odys. οὐδὲ περιστοιχίος pro περιστοιχίος legitur.

Zεψην πνεύμονα τὰ μὲν Φύει, αἷλα δὲ τὸ πόστον.

Zephyrus flans alia gignit, alia ad maturitatem perducit.

Θωράκης. Gaza ηὐδέσσης. Corrigunt ex Plinio. θωράκης. Nescio cur vulgata servare nequeat, ηὐδέσσης idem quod ηὐδῆς. Hesychius ηὐδῆς, ηὐδῆς ηὐδέσσης. ηὐδέσσης ηὐδῆς. Grammatici etiam antiquissimi ηὐδῆς & ηὐδέσσης, τοῦ ἀρχαία exponunt. ηὐδῆς ηὐδέσσης, est, odoratus bonisque odoribus repletus thalamus. Tempa, aras, loca sacra Græci ηὐδῆς, ηὐδέσσης & ηὐδῆς vocant, ab odoribus & aromatibus quæ in sacris accendebarunt. Serva ergo vulgatam lectionem. Caro. Clusius, dum viveret, in re botanica facilè princeps, negat se differentias quas tradit Theophrastus unquam observare potuisse. Ego, inquit, illas differentias non observavi. tametsi diligenter inquisiverim, nisi differentiae sine appellandæ, cum fructices inter se omnino similes fructum ferunt, alter inanem & rubrum, alter interdum ad maturitatem perducent: nonnunquam etiam frutex non adultus, aut nimis umbrosus aut iniquo loco proveniens; nullum fert. Certe ita verba Theoph.

accipienda, ipsa experientia comprobant. Totam periodum in hunc verte sensum: *Terebinthorum alia mascula alia feminina, mascula sterilis est, ob id sexu maris adoptatur, familiari alia, fructu protinus rubru producit, letis magnitudine, qui non maturescit. Alia viride primum edit, qui deinde rubescit, postea cum vite maturescit, nigrumq; acquirit colore, magnitudine fabæ, tactu resinosus, & odore jucundior &c.* Flos temporis successu in fructum transit, lentiscino ferè similem, paulò majorē & longiore, initio viridem, circa vindemias, dum maturuit ex cœruleo virescente, (id est nigrum, ut loqui solent veteres) tactu pinguem, & resinosum, manibusque dum colligitur, medullam in se continentem, durum, odoratum. Plerique fructices eum rubescere incipientem, ante maturitatem inanem abscipiunt, (quod etiam observavit Theoph.) carpobalsamo, quod in officinis venale proponitur, planè similem. Clariss. vir Leonardus Bauwolphius Hodopeporici. lib. 11. c. 8. ait, se *Terebinthi*, quod Arabes, *bont*, Persæ *terbaick* vocant, præter vulgarem, duo genera observasse; unum majus, alterum minus: majoris fructum, quem Arabes *bont quibir* appellant, pistaciis forma valde similem, breviorem tamen & rotundiorem: minoris, qui illis *bont sougier* dicitur, cum suo cortice magnitudinem, piso majori æqualem esse, in rotundum non nihil concavam, veluti milium ejus Indicum five *dora*: utriusque fructum non minus jucundi saporis esse pistaciis, eamque ob causam inquilinos abunde iis vesci, perinde ac nos pineis nuculis atque avellanis: nasci magna copia in Persia, Mesopotamia, Armenia, racematum cohærente fructu, ut pistaciae, vel potius ut terebinthi vulgaris, cuius etiam genus æstimantur, cum arbores illum fructum ferentes, oblongi culis foliis terebinthum satis æmulentur, qua nota à pistacia, quæ rotundiora & magis conspicua habet folia, differunt. Utrum major Indica Theophrasti terebinthus cap. 5. lib. 6. examinabo. Dioscorides terebinthi fructum esui aptum tradit, sed fromacho adversari, ἐπὶ τῷ καρπῷ αὐτῆς, inquit, I. I.C. 91. οἱ δὲ διάδημος, κακοσθυμαχος, ἐρπηκός, τοῦ ηερμαστοῦ. Ejus fructus esculentus est, fromacho noxius, urinam verò ciet, & excalsacit. Bellon. lib. 2. obser. c. 96. Cœterū rem quæ nobis admirationi suæ silentio haud quaquam premere volumus, rusticū videlicet Arabem in proximo pago conspexisse, camelum ducentem, terebinthi semine onustū: ea arbore vicini montes sunt obsiti, ex qua gummi colligitur, quod Damascū venale defertur. Nam quod in Cairo venditur Asamiam Turcæ appellant, quæ Latini Chaldæam (cujus caput Babylon) totam Mesopotamiam

Terebinthus.



& Assyriam complectentem. Auctorunt vero probatissimorum testimonio evincere possumus, jam plus quam bis mille annis, terebinthi fructu homines vesci solitos; atque Persas, ante panis usum eo vitam sustentasse.

Adeo exquisito colore cæruleo prædictus est hic fructus, ut quemvis alium cæruleum supereret. Ea de causa veteres Arabes granum viride appellant; medius enim inter viridem & cæruleum color est. Clariss. Clusius Vellonium alterum terebinthi peregrini genus, quod Zawolphius describit, delineare existimat, quod videant alii.

E' τις οὐρανὸς διάδοσος, &c. Plinius loco cit. Circa Idam Troadis; Sed in Macedonia brevis arbor hæc atque fruticosa, in Damasco Syria magna. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem, eximia ac nigri splendoris. Scribe, materies ei lenta ac fidelis admodum ad vetustatem. Maxima ex parte terebinthus fruticat, ramis longis, raris, cinereo cortice testis; non raro etiam arboris instar attollitur: ligni materies lentisco similis, quemadmodum & cortex, radices validas, altè descendentes.

Αρά, &c. In Ald. & Basf. hæc corrupta sunt. In iis enim legitur, *ἀρά οὐρανὸς τῷ τῆς ἡδατος τῷ χρόνῳ οὐρανὸς τῷ τελείῳ τῷ τελείῳ, &c.* Quæ lectio hic servari quidem potest, si de foliolis novis primum emergentibus verba intelligentur. sed alia mens Theophrasti. Plin. loco cit. *flos racemosus olive modo: folia densa.* Vere cum novella folia, prorsus vero rubentia, extremis ramis germinare incipiunt. Nascitur à ramorum tuberculis, copiosus & muscosus, ut oleæ, flos, purpurascens, vel Phœnicius, racematis cohærens, qui temporis successu in fructum transit.

Φύλλα, &c. Folia terebintho lauri, aut pistaciæ potius, ejusdem cum illa odoris, circa unum pediculum conjugatum, ut in sorbo nascentia, uno quod extremo adhæret pedicolo impare, & hyeme, quantum Clariss. Clusius videre potuit, decidua. Vere novo novella folia, prorsus rubentia, extremitis ramis excent. Alii semper virere asserunt, ac decidere negant. Nec in Narbonensi Gallia cadunt; ubi duo terebinthi genera folio differentia reperiuntur. Frequentior quippe est angustiore lentisci positi, colore & habitu, folio duplo majore. Alteri autem folia multò latiora, rotundiora, vicina lauro & pistaciæ, adeo ut eminus inuentem fallat. Uvae utriusque exædem, acinulis, quam lentisci majoribus, coccineis, purpurascensibus, deinceps ex viridi in cæruleum maturentibus, non per initia, ut putavit radiatus, sed indoctus & malevolus Apollo.

Φέρεται οὐρανὸς καρπούς, &c. In margine Ald. & Basil. codicis *καρπούς* scribitur, in ipso vero textu *καρπούς* permutat. Male vertunt, *Fert ad nucis similitudinem quedam.* Plin. loc. cit. *Fert & folliculos emitentes quedam animalia ceu culices, lentoremque resinosum, qui e cortice erumpit.* Lego ergo *καρπούς*. Vide quæ supra c. 14. dixi. Vide & cap. 7. & 8. Item lib. 2. cap. ult. Notandum Plinius, quod eundem lentorem putat qui in folliculis continetur, & ex cortice erumpit. Theophrastus resinam ex folliculo colligi negat, verum è solo ligno. Alius liquor qui in folliculis reperitur, alia resina quæ è truncu manat. Fert vindemiarum tempore coicavos quosdam folliculos seu vesiculos, foliis & rauulis inhaerentes, quales ferè in ulmi foliis nascuntur: sed pallido & purpurascente colore, interdum etiam extremis ramis oblonga & cartilaginea cornicula, varia forma excrescentia, modo sphaerica, modo angulosa, modo conica, modo recta, modo curva, concava, quæ, ut etiam folliculi, aperta, lentore in quendam continere deprehenduntur, cui permixta cinerea & fuliginosa excrementa, atque exigua animalcula alata, culices referentia. Succus hic ad balsamam laudatur, eandemque in sanando glutinandoque vim habet. Memorable quod scribit Bellonius observationum lib. 1. cap. 65. & lib. 3. cap. 49. *Thracia atque Macedonia rustici, non ignari quantus sit usus gallarum in terebinthi nascentium, quorum in collibus magna est frequentia, eam questus rationem negligere non solent: at sub finem Iunii, gallas intus concavas, nucis Ponticæ magnitudinem equantes, aut in foliis, aut in terebinthorum, qui semen in uero modum congestum ferunt, rauulis nascentes sedulè legunt; easque maturius, dum adhuc exigua sunt. Quoniam si in arbore diutius relinquerentur, oblongæ tandem instar corniculi cunctam evaderent. Harum usus est, inficiendi in Prusa urbe tenuissimi sericei pannis.* Idem reperit lib. 3. Observ. Gallæ etiam genere utuntur veteribus ignoto, in terebinthi nascente, cuius libro primo meminimus, valde commodo ad sericum quovis colore inficiendum. Hujus plures quam sex millia pondo singulis annis insument. concavæ sunt eæ gallæ, Romanarum gallarum magnitudine, innascentes terebinthi mariis foliis, veve colligenda, alioquin in oblonga & semipedalia interdum cornicula excrescent.

Τε ξύλον. Resinam, quæ ex inciso manat trunco, describit Diosc. lib. 1. cap. 91. *ηγίας αὐτὴν πάντα κομιζεῖται μὲν*

αργεῖται τὸς ηγίας γενιάτες οὐτὶς ἐτοιδεῖται, Εἰναιούσια. Εἰναιούσια τῇ ηγίᾳ. (Mathioli codex addit. *Εἰναιούσια*) οὐτὶς ηγία παντούς, παντούς, οὐδὲ οὐδὲ σινθήσεως θεού λευκή, παντούς τοῦ ζεύματος. Εἰναιούσια, Λαδίς ταρρανῶν πένουσα, Resina ejus ex Arabia Petraea convehitur. Provenit tamen etiam in Iudea, Syria, Cypro, Africa (Euboea) & Cycladibus insulis. Præfertur autem magis perlucida, candida, vitreo colore, & in cæruleum vergente, odorata & terebinthum olens. Referunt adversariorum auctores Lobelius & Pena, in Gallia Narbonensi, in Valtena Sylva Monspeliensis, arbores terebinthi ferro vulnusculis factis terebinthinam resinam extillare lucidam. Cum primum ex arbore manat, resina hæc liquida est, & aliquandiu talis manet; verum postea durescit. Golore est resina hæc candido, vitreo, aut ex candido cæruleo, interdum pellucida, quæ friata primùm in plurimas micas teritur, mox lenteficit & glutiosa fit. Odorem habet acrem, suavem, aliquantulum gravem, larigneæ resinæ non dissimilem, præfertim manibus tractata, & pruni imposita: gustu modice amarescit, & inter dentes lentescit, iis dum masticatur adhærens.

Lentisci historiam subjungam, quod hæc in calidioribus regionibus resinam fundat. Lentiscus arbor est, sub qua Iudæorum accusantium alter, Susanam adulterantem invenisse, Danieli falso testificatus est. Lentiscum à lenteo verbo, quasi lensus fio, propter ejus virgultorum lentitudinem deducunt. Malunt alii à foliorum pinguedine lentoreque, quam habent cum manu tractantur, non men impositum. Græcis οχινος dicitur, vel secundum aliquos, quod ex ea arandi tempora rusticci cognoscant. οχινος enim Græci de prima, vernaque aratione dicunt. Proclus. Διλοῖ τὰ οχινος αὐτῶν.

Item in epigrammat.

— Γαῖας οχινοτες αρότροις.

Virgil.

At prius ignotum ferro quo scindimus aequor.

Utrum ex lentisco arandi tempora cognoverint veteres, lib. 7. de scylla docetur; ubi contra recentiores Botanicos, facundissimus & eloquentissimus Cicero defenditur. Malunt alii οχινος dici τοῦ τὸ σχινεῖον, à scindendo, quod oculos quasi proscindat, & inde à visu lachrymas eliciat. Sed hoc etymon scyllæ debetur. Lentiscus vi illa non poller. Melius illi qui οχινος τοῦ τὸ σχινεῖον vocari contendunt; quod ejus σχινεῖον, hoc est, segmentis, vel fragmentis ex ligno scissis, folerent uti ad repurgandos dentes, ut docet Dioscorides lib. 1. cap. 89. τὸ δὲ ξύλον τοῦ ηγίας οὐτὶς παντούς τοῦ τοῦ ηγίας παντούς τοῦ τοῦ ηγίας. Videntes autem surculi, arundinorum dentiscalpiorum vice, dentibus affricti, eos repurgant. Virides lentisci surculos οὐδιτεραφαντι ποτius, ut doctiss. monet Saracenus, quam ιδιατεματων, hoc est, dentiscalpiorum quam dentifiorum explore vicem, ex eo fit verisimile, quod iis non nisi in pulvriculum tritis gingivæ affricari, dentesque commode polliri possunt. At istud vel tantillum exacutis fodiendo scalpendoque utiliter eximuntur, quæcumque dentibus inhaerent. Atque in hunc modum Lentiscus à Martiali commendatur. libr. 6.

Fodit tonsis era laxa lentiscis.

Improprie ergo Dioscorides τοῦ τοῦ ηγίας dixit, si affricari & non velut dentiscalpium adhiberi, lentisci lignum quis accipiat, ad eximenda ea quæ in commansæ dentibus inherent, in quem usum pennæ formari possunt. Quod idem docet Martialis.

Lentiscum melius sed si tibi frondea cuspis
Desuris; dentes penna levare potes.

Olim molles ac delicatuli, cœu quibus frequenter effet in ore dentiscalpium, contumelias loco γυναικῶν, seu γυναικῶν, quasi lentisci arrosores, nuncupabantur. γυναικῶν, lentiscum mandere vel arrodere. Quod de iis dicebant Græci, qui nimio comendi corporis studio superfluebant. Sed hoc adagium non tantum convenit iis qui dentiscalpis utuntur, sed etiam qui dentifriciis, immo illic melius. Suidas γυναικῶν εἶναι τὸν κακῶντα γυναικῶν, τὸν κακῶντα γυναικῶν λίθον οὐ πιοῦται. εἶναι τὸν κακῶντα γυναικῶν διό τοῦ τοῦ γυναικῶν τοὺς οὐδόντας ιδεῖν γυναικῶν. Lentiscum arrodere de iis dicitur qui accuratè fucabant, ac dealabant dentes; unde qui hoc faciebat.

τεχνοτρόπες vocabatur. Sic dicebatur qui studiosè ornabat dentes, quod propter nitorem & albedinem dentium edebat lentiscum, & lentiscinū oleum. Postremum corruptum, & aliquid deesse puto, quis oleum lentiscinum commederet ad albos reddendos dentes? Scribo, καὶ σχιδάμη χρώνται. utuntur σχιδάμη. Interpretor mastiche. Quod nemo veterum lentiscinum oleum ad illud præscribat; contra mastichen Dioscorides utilem tradat cap. 90. lib. 16. μίγνυται δὲ καὶ σκύλη μαστιχής οὐδέτον, καὶ παραγόμενον τοῦτον παρασκευαῖς. Additur etiam in dentifrica & facie illitus, quippe que nitorem cuti conciliat. Mastiche σχιδάμη vocavit, quod pinguis ac resinosis instar olei sit. Magno in errore versantur, qui scyllā ad dentifrica usum habuisse tradunt. Hoc in errore Phavorinum reperio σχιδάμη τὸν σκύλην, λιθαντούντα οἱ νεραὶ τοῦτον τὸν λόγον αὐτὸν οὐδέτες. σχιδάμη scylla, quam masticabat illi, qui studiosè operam dabant dentium cultui, ut eos albos redderent. Vocis παρασκευαῖς Grammaticus deceptus est. Nam, ut dixi, σχιδάμη & lentiscum & scyllam significat. Lentisco hanc virtutem adscribunt veteres. Porro, ut σχιδάμη arborei vocant Græci, ita iidem baccas σχιδάμη vocarunt. Nec Theophrastus, nec Dioscorides lentiscum descriperunt, quod vulgaris satis cognitionis esset arbor. Dioscorides ramen lib. 4. cap. 49. semine, ramis, folio, tragium lentisco simile dicit. ξει δὲ τὰ φύλλα σχιδάμης, καὶ τὰς παρασκευαῖς. Εἴ τι καὶ πάρετε διὰ πάντα. Lentisco simile foliis ac ramis, singulis tamē minorib. Idē lib. 3.c. 7. de glycyrrhiza. τοῦτο εἰς τὸ φύλλα πυκνὰ ἴστογλαστικά λιπαρά, Καὶ ηλλαδὸν ἀφανῆ. Circa quos folia sunt densa lentisci, pingua, tactuque glutinosa. Lentiscus frequenter instar fruticis, nullo grandiore caudice, sed compluribus virgultis ac stolonibus, ab una radice, qoryli modo luxuriat: Sæpius verò ad mediocris arboris altitudinem assurgit, & magnitudinem assequitur. In arboreum assurgere recentiores volunt, quando non cæditur, sed negligitur. Malè audit Mathiolus, quod humiles recensens lentiscos, alias à procerioribus specie faciat: fit enim, inquit, cymis tantum resectis ad usum, ne in arboris æmulationem assurgent. Verba Mathiolii addo, ut quid de re sit, ipse judicare possit lector. Ceterū, inquit, lentisci nonnullæ sunt plantæ, quæ in arbore mediae proceritatis assurgent; nonnullæ verò humiles, quæ nullo grandiore caudice à radicibus subtato, sed virgultis, stoloni busque innumeris, corylorum sylvestrium modo diffiliunt. His verbis humiliorem ab altiore specie non distinguit.

Lentiscus.



Ponamus fecisse. An ergo erravit? Non viderunt. A majori differt minor, quod pluribus stolonibus luxuriet. Neq; ob cæsum pumilus tantum manet, sed quod pluriimi relinquuntur stolones, difficulter arborescit planta

(nisi quæ nunquam fructuosa) cui plures relinquuntur stolones. Vidi ante annos 14. in horto medico Lugdunensi, cum ei præcesset Clariss. vir Petrus Pavius lentiscū, vidi eandem præterito anno, eadem altitudine, qua erat ante annos 14. Plures ramenta habebat stolones, nec unquam cæsa fuit, ita ut sola cæsura non sit causa quod fructuosa maneat. Lentisci rami lenti ac flexibiles sunt, viminiisque instar obsequiosi, cortex ex cinereo subrufus, similiter flexilis, ac frangi contumax: folia ab uno pediculo octona ferè coherent, longo pediculo utrumque sita, foliorum inter se semper contrariis pediculis, ut in terebintho, juglande, fraxino, sorbo, nullo tamen extremo imparem numerum (ut in illis) faciente. Particularia folia glycyrrhize foliis similia sunt, sed duriora, & firmiora, atra viriditate splendentia, ambitu nonnulli rubentia, & veluti nonnullis discurrentibus vesculis, jucundi odoris cum gravitate tamen quadam, sapore acidiusculo. quod saturato viridi colore sint folia lentisci, nigra lentiscus ab Arato vocatur.

Πελοὶ δὲ καρποῖς καταχθίες, εὖτε μέλανες
Σχιδάμης απειρότοις.

Non caruit signis, quæ non & fructibus, Ilex.
Non nigra lentiscus.

Avien.

— Quin & lentiscus amara
Inditum est pluvii —

Amaram quasi tristem, à nigredine dixit; nulla enim amaritudo lentisco. Notatur Mathiolus, quod graviter olere lentiscum scribat: Nobis, inquit, aliisque studio-
sis, saltus & collos aridos Norbonæ peragrantibus, inserta in os folia, non modo suaviter spirabant, sed eriam, quod forte nescit commentator Senensis, sitim arcebant, & fauces humidas tuebantur. Certe, quantum ego percipere queo, non sine gravitate quadam suaviter olen; quod & Clusius & Dodoneus testantur, qui negant gravitatē nullam habere. Olfactum vel corruptum pituita habent, vel nimia siccitate lesum. Postremum non mirum videtur. Erant enim in colibus aridis, ubi fauces præ ariditate crepabant. Mens Mathiolii hæc est, cum gravitate quadam suaviter spirare. Ait enim, tota planta graviter oles. Quapropter nonnulli quod caput olfactu aggraver, ipsam devitant. Flores muscosi, colore ex herbido pallescere, nonnulli purpurascente, racematum in alarum cavis circa oblongum pediculum cohærentes. Baccæ succedunt initio virentes, mox è purpureo rubentes, postremò ubi maturæ sunt nigrae, oleaginosæ, pingues, ervi magnitudine, nucleo intus duro, nigro, candidam medullam continent. Foliis quandoque adnascuntur folliculi, corniculi aliquando intorti, nonnunquam rotundi, non raro oblongi, in quibus initio liquor, deinde, hoc veterascente, animalcula exigua culicibus similia, veluti terebinthi corniculis, ac complicatis ulmi foliis. Effluit ex lentisco resina mastiche dicta, de qua cap. 1. lib. 9. Non cadunt lentisci folia, floret vere, baccas autumno maturas reddit. Provenit in plurimis, regionibus, Lusitania, Boetica, regno Valentino, Italia, Narbonensi Gallia, Syria, Creta, sed in Chio, maris Ægæi insula, præcipua, in qua vel sola diligenter, & mastiche quidem causa colitur, quæ ex cultis lentiscis illic ab indigenis vulnerato caule, singulis annis, diligenti adhibita cura colligitur, ac in omnes orbis partes mittitur: ut refert Bellon. lib. 2. de observat. cap. 8. ubi ait. Sola insula Chia inter reliquias mastichen generat; tametsi Gal. lib. 2. ad Glauconem, Ægyptiam mastichen commendet. Hoc autem tempore scimus in sola Chio reperi, (memini anno 1624. in horto Lugdunensi & lentisco mastichen manare, sed calidior æstas erat) ubi lentisci arbore tali diligentia & cura excoluntur, ut non minores in eam rem sumptus fiant, quam apud nos in vinerorum cultura. Cum verò potiores, incolarum hujus insulæ, opes in mastiche consistant: eam ob causam in lentisci arboribus curandis majorem adhibent diligenciam. Quemadmodum enim oleæ & fructiferæ aliæ arbore curam & culturam expetunt, sic lentisci: nisi necessaria cura adhiberetur, exiguum gummi proventum darent. Lentisci per Galliam Narbonensem, Provinciam & Italiam nascentes, iis quæ in Chio crescunt sunt similes (acepsi ex ipsa insula Chio ramulum, folia paulò angustiora videbantur) nullam tamen mastichen præbent. De qua vide qua lib. 9. dicuntur.

Πελοὶ vocatur τοῦτο τὸ πεπάγειον, οὐκον πεπάγειον, διὰ τὸ μικρὸν Σχιδάμη, ut Eustathius ait, à densando, quia lignum densum

ð̄nsum. πυρίνην μὲν δοκεῖ πλέον γέγονον. ait Theophrastus lib. I. Latini buxum vocant πυρίνην in βιβλίῳ mutato. Belgis **Palmbeoti** dicitur, id est, Palmarum arbor; à qua tamen per omnia disidet, nisi quod utraque perpetuo viret, nec foliis spoliatur. Nomen illud impositum puto; quod Belge hac fronde utantur, die ante Pascha solemnitatem octavo, quæ Dominica palmarum dicitur. Eo enim tempore reliquæ frondosæ arbores desiderantur. Natus videtur magis operibus topiariis, & instrumentariis, quam medicinæ. Fiunt ex buxo pectines, cochlearia, & pyxides, quarum, in materia medica conservanda, usus est, & si quæ alia instrumenta valaq; lignea ad longos & diuturnos usus expertimus. Fiunt ex hac tibiæ multiflorales, quas apud antiquos, ex eadē factas materia legimus.

Virgil Aeneid. 4.

Tympana vos buxusque vocat Berecynthia matrī.

Idee.

Buxus, id est, tibia Phrygia, è buxi ligno confecta. Buxus materia tibiæ Phrygiæ. Nam, ut Afrorum tibiæ è loto erant; sic Phrygum è buxo. Pollux de tibiarum generibus loquens, ἐλαύνω, inquit, τὸν μὲν οὐτε πόλεμον, τὸν δὲ στρατιανόν. Fiebant etiam olim ex hujus ligno, ut Theophrastus lib. 5. cap. 8. scribit, axes plaustrorum, & bures aratorum. Refert Cardanus lib. de varietate II. cap. 66. se vidisse opera ex buxo adeò tenuiter elaborata, ut sculptos lapides dixisset, ni color prodidisset. Idem cap. 58. ornamenta organi se vidisse tradit, adeò subtiliter elaborata, ut visum fallerentur. Belge ad topiaria opera buxi utuntur ligno. Buxi semen Plinius carthagone vocari scribit lib. 16. lib. 30. *Plurima verò buxus.* Nam ἐστι semen suum ἐστι granum quod carthegon vocant, & à Septentrione viscum, à Meridie hyphear (de quibus plura mox paulo.) Inepitè Plinius (quoniam, ut recte monet Doctiss. Dalecampius, apud Theophrastum historiæ buxi, statim & cratægi delcriptio subjicitur) granum ab eo ferri dixit quod carthegon sive cratægon. Inepitè quod sequitur, à septentrione viscum à meridie hyphear vocari, De ilice cap. 16. lib. 3. hist. hoc tradit Theophrastus. Tοῦ μέγεστοῦ τοῦ περιου. confundit Plinius.

Buxus.



M. 149. Sec. Buxus parvæ arboris similitudine affurgit, caudicibus subinde humani cruris, raro femoris crassitu-

dine, spissis, duris, validis. Ramos emittit cæterarum arborum more, multos, duros, crassosque: folia vero habet magnitudine ferè myrti, sed inteniori viridi colore, duriora, densiora, crassiora, rotundis longiora, laevia & resplendentia, perpetua, nec unquam decidentia; flocculos Aprili Martioque mensibus emitit herbaceos. Fructus sequuntur rutæ similitudine; quadruplici apice in cacumine divisi, ciceris magnitudine, omnibus animalibus invisi, Materies ligni durissima. ac denissima quidem; sed ad opera quævis conveniens, & valde tractabilis; gravissima quoque, & in aqua subsidens, nec cariem nec teredinem sentiens, colore luteo palleiens. Ovid: pallidior buxo. Dioscorides lib. 3. cap. 3. ait, radices glycyrrhizæ, μέχοντες esse απολεπτικαὶ παντανεῖς. Hujus vero & alia quedam species humilior existit, quæ ad duos aut tres pedes tantummodo attollitur, sed in latitudinem diffunditur, ramuli huic numerosi, tenues admodum: folia vero rotundiora, & dilutiùs virentia. Hae ad areolas hortorum muniendas frequenter utuntur. Buxi genera duo observarunt recentiores; tria Plinius lib. & cap. 16. ubi haec de buxo tradit. *Imprimis vero honorata materies buxo est, raro crispanti, nec nisi radice: cætero lenis quies materie silentio quodam & duritie ac pallore commendabilis: in ipsa vero arbore topiario opere.* Triæ ejus genera: Gallicum, quod in metas emititur, amplitudinemque præceriore. Oleastrum in omni usu dannatum, gravem preffert odorem. Tertium genus nostrare vocant: sylvestre, ut credo, mitigatum satu: diffusus & densitate parietum vires semper ac tonsile. Hæc explicanda paulo fuisus. Quæ opera præcipuæ ex buxo fiant, supra narravi. Germani, ut refert Doctiss. Dalecampius, ex Gallia Narbonensi, locis Hispaniae finitimi & præcipue montibus Pyrenæis, circa oppidum dictum Limons, haud procul Carcassona, radicum buxi magnam copiam emunt ob maculas varias, variisque & flexuosos linearum discursus, ad opera lautiora expetitarum, quas prisco adhuc vocabulo vocant bronchon &c. Cætero lenis quies, id est, pigra & tristis soliditas, oculos nullo fulgore excitans. *In ipsa vero arbore: Scribe ex veteri codice: ipsa vero arbor opere topiario: scilicet commendabilis.* Alterū genus, oleastrum, nisi corruptus codex sit, id buxi genus vocat, quod oleastri modo semper humile sit, ac vix unquam in arbustu[m] magnitudinem affurgat: & quod reliquis generibus folium minus habet, quemadmodum oleastri folia, si cum olea conferas, angustiora & breviora. Ego quidem, inquit Dalecampius, prorsus deceptum fuisse Plinium, aut libertum ejus scribam puto, & cum apud Græcum auctorem legisset, secundum buxi genus, αράβη εἶναι, omnino sylvestre ac agreste esse, nec utile materia, ut primum genus, nec parietibus vestiendis idoneum, ut tertium, immo etiam abominandam factore & gravitatem odoris; incaute legisse αράβην εἶναι, oleastrum esse. Probabile admodum sit quod tradit Dalecampius. Soler enim Plinius, vel liberatus parum, ad Graci auctoris verba attendere.

Πίνεται καὶ τοῖς ψυχροῖς. Cassianus Bassus lib. II. cap. 10. *χαλκεῖον καὶ κρύσταλλον, καὶ οὐδὲτε οὐδεῖν.* Gaudet autem humidis locis, semper viride existens. Corrige Cassiani codicem & scribe ψυχροῖς ex Theophrasto & Plinio loc. cit. amat frigida, aprica. Humidis non gaudet locis, sed algentibus & umbrofis, montibus familiaris.

Kαὶ τὸ μὲν κύριον. Scribe ex Ald. & Bas. cod. *κύριον* Plinius, buxus Pyrenæis ac Cytoris montibus plurima, & Berecynthio traxi.

Virg. lib. 2. Georg.

Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.

Κύριον. Recte emendavit doctiss. Constantinus. Male in Ald. & Bas. *κύριον*. In Corsica arbores maximas altissimasque tradit Theophrastus lib. 5. hist. c. 4. Buxus, inquit, Plin. loc. cit. *crassissima in Corsica, flore non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis.* Semen illius cunctis animalibus invisum. Et Plinii & Theodori codex corruptus. Culpa est librarii, tolle, & scribe: *Ideo mel insuave est, buxum olens.* In Antiquo Plinii codice legitur, *florem non ferendo*, quomodo in Veneto nostro legitur codice. Hinc Card. lib. 6. de varietate c. 20. buxum necare apes tradit. Buxum, inquit, constat aërem fæditate odoris corrumpere, ejus flores certo experimento compertum est necare apes. Idem cap. sequenti, buxus aërem corrumpit: male enim olet, & si apes ex ejus flore gustarunt, ut fieri solet: cum tempestivè & ante alias arbores floreat (hoc etiam fabulosum, non floret ante armeniacam, amygdalamve) statim morsuntur, ob id procul alveariis seratur. multa alia incomoda adfert hæc planta, quæ solo ligno utilis &c. Si statim moriuntur

moriuntur, quomodo mel conficte possunt. Scribe apud Plinium. Apibus florem non spernentibus, quæ causa amaritudinis mellis. Invisum hujus semen cunctis animantibus etiam tradidit Theop. lib. 3. cap. 6.

Sequitur cratægus arbor; quam Plinius turpiter cum
cratægono herba, & aquifolia arbore confundit. Hesychius Grammaticus distinguere novit inter *κραταιγόνη*,
quæ & *κραταιγών*, & *κραταιγώνος*, quæ & *κραταιγώνος* & *κραταιγίνος*. Herba sic vocata, ut cap. 19. lib. 9. hist. dixi, à fa-
cilitate, qua præditam dicunt *επ τῷ κραταιγίνῳ*. Nam pota, ut
tradit Theophrastus, efficit, ut mulier virilis sexus foetum
concipiat pariatve; quod *επ τῷ κραταιγίνῳ* tradidit nemo. Opti-
mè inter utramq; herbam & arbore distinxit Hesych.
κραταιγόνη ποτάνια μετ' ἵστοις φέρεται, *κραταιγών* δὲ οὐδεγί. Plinius
lib. 27. cap. 8. postquam cratægonum herbam descri-
psit, hæc verba in fine subjicit. *Theophrastus arboris genus*
intelligere voluit, crateronon sine craterogona, quam Itali
aquifoliam vocant. Multa Plinius errata hic animadverseret
licet. Cratægonon, herbam Dioscoridis, eandem facit
cum cratero vel categorie Theophrasti, quæ arbor
est, ac veluti sylvestris quædam mespilus. Arbor hæc
κραταιγών vocatur & *κραταιγώνος*. *κραταιγίνη*, inquit, *εἰς τὸν λό-*
οῖς κραταιγόνα καλέστι. κραταιγώνος herba in generandi casu
habet *κραταιγώνα*, dandi *κραταιγώνα* accusandi *κραταιγίνος*.
Tertiæ declinationis est, *κραταιγῶν*, *κραταιγῶνος*. quintæ.
cratægo arbori nulla vis generandi, nec eam nomine pre-
fert. Longè itaque diversa planta. Idem Plinius alibi
etiam confundit craterum & crateronum, ut lib. 26.
cap. 10. in satyrii descriptione. In totum quidem Græci
cum concitationem hanc volunt significare, satyron appellant;
sic & crateron cognominantes & Thelygonon, quartum se-
men testium simile est. Hic craterum pro craterono po-
suit; si non mendum librarii. In antiquo enim codice
cratægin legitur. Sed idem est quocumque modo legas;
nec craterin, nec crateronum, nec craterum, ab illo
mortali satyron vocatum fuit. Nec illud verum, quod
tradit; semen crateroni aut telygoni testium esse simile.
De arrenogono hæc tradit Theop. lib. 9. cap. 19. Illud
omnium perfime, quod tradit, crateron, arborem ab Italiss
aquifoliam vocari. Cum aquifolia inter spinosas arbores
recensetur, Græcorum; *ἀγέλαιος* & *ἐξανθητός* exprimat.
Cratægus Theophrasti spinis caret; folium habet mespi-
lo simile, mespili autem folium spina caret. Decipit Plinius
corruptus Theophrasti codex; in quo legitur, *Δό-*
πειοὶ εἰοὶ ἀγέλαιοι δέξιοι ἀπειροί, cum constet ex Athenæo,
vocab *μαρτιλίς* deesse. Antiquissimum ergo hic mendum
est, si Plinius *ἀγέλαιος* tantum legit: nisi placeat magis, Plinius
ad anagnostæ verba parum attendisse, aliisque re-
bus, cum locum hunc legeret, distentū fuisse. Multa pro-
hibent vulgare aquifolium esse craterum. Mespilo pla-
nè dissimile habet folium, materies nec verficolor, nec
flava, sed nigricans. nec fructum nigrescentem, sed ru-
brum ostendit, cui nec gustus nec succus mespilo similis.
Corruptus, inquam, Theophrasti codex, nec uno mendo
laborat. Exscriptis hunc locum Athenæus lib. 2. sed
nec ejus codex mendo caret. Vtrunque codicem emen-
dabimus, & quæ vera scriptura, dicemus: atque in hunc
quidem sensum locus hic apud Athenæum legitur. *κρα-*
ταιγίνη, *εἰς τὸ κραταιγόνα καλέστι.* ἔχει τὸ μῆτρα φύλακος τετραπλόος,
ὅποιος μεταπλάσιον τολμεῖ μετατοπίσειν (male in quibusdam codici-
bus *τετράπλοος*) καὶ τωλυπότερον, ἢ τετραπλίσειν. τὸν δὲ καρδογόνον
(in quibusdam codicibus καρδογόνον. male) οὐχ ἔχει απειροπ-
λάσιον. γίνεται δὲ τὸ διάδεσμον αὐτεῖ μέσον λίσαν, ἥπεται ταχύ. τὸ δὲ διάδε-
σμόν, ξενίσιν, ισχυρόν. φύλακον δὲ ἔχει λεῖον, ὅποιος μεταπλάσιον, μεταφέ-
ρετος εἰς βαθέαν αἱ ἐπι πολύ, κρεπτὸν δὲ ἔχει σρογύλων. ἡλίκην ὁ καρ-

πατεριόδημον (in quibusdam codicibus παπιμί) οὐκ
ζαύθος τοῦ εἰσι, καὶ ἐπιμελεῖσται. ἔχει δὲ τὴν γένοντα καὶ τὸν χαλὸν με-
τωπίαν, διόπτης ἀγριεύει μεταξὺ τῶν δάκρυών μαλλών εἰναι. Videmus quatenus
mancus & corruptus sit Theophrasti codex. Totum hunc
de cratægo locum, in hunc emenda sensum. προτιμώθει
δὲ προτιμώθει τοῦ καλούσσιον. (vel προτιμώθει εἰσι λίθοι δὲ προτιμώθει
τοῦ φύλου φύλων ὄμοιον μεταλλή τελεόν, τοῦτο μετ-
τοικεῖνον, καὶ ταλαποτερού, καὶ τεφυπτεστερού, τοῦ δὲ χαραγμού τοῦ
ἔχοντος κάκτου, γένεται δὲ τὸ διάδρομον τοῦ μέταλλου λίθοι, εἴτε πι-
κού, τὸ δέ δέλτον, ποικιλόν, ισχυρόν, ἔστοιο. ἔχει δὲ φύλον λίθου εἰον με-
τωπίαν μονορρήζον δὲ εἰς βάθος ἀπὸ πιποτοπολού. προτιμώθει δὲ τὸν σπρού-
λον ἀλίγον τὸ καπτόν, πεπανούμφος δὲ ξαύθος γένεται, καὶ ἐπιμελεῖσ-
ται, καὶ δὲ τὴν γένοντα καὶ τὸ χαλόν μετωπίαν διόπτης αγριεύει μετ-
τοικεῖν δάκρυά μαλλών εἰναι. μετωπίδες δὲ εἰς τὸν διαφορεῖσαν. Cra-
tagus quam alii crategona vocant, folio mespili glabro est, verū majori, latiori, oblongiorique, nec serrato quemadmo-
dum illa sit, hac nec admodum magna, nec crassa. Materies
ei versicolor, valida, flava, cortex laevis, mespilo similis, ra-
dix singularis, acta in profundum, fructus rotundus, magni-
tudine oliva sylvestris, maturescens fit flavus, ac nigrescit,
gusto & succo mespilaceus; qua propter, veluti sylvestris
mespilus videri posset, verū specie simplex, & sine ullo di-
scrimine. Τεταῦτα, exposui glabrum, leve, aequale. Faciem
hominis Græci πτεραῖς dicunt, quæ tenta & plena humo-
re, cutis superficie niter, læviorem habet & nullis aratur
rugis. Galenus lib. 5. Καὶ τόπος πτεραῖς καὶ κατέργη διαφο-
ράτε τὸν αὐτόν. Rugofo προστιθεναι πτεραῖς. Gale-
nus lib. 1. de antidotis cap. 15. τοῦ μηροῦ πτεραῖς ἀντὶ διοστοῦ
σπιου πτεραμάτων ἔχει φλοιὸν & πρωτόν. Καεκυντες τὰς
radices debent habere, cortice oportent sint aequali, non rugo-
so. Paulò post τὰ αἰχματάν αστρικά τὰς πτεραῖς, θηροφα, dia την πτεραῖς τὸν φλοιὸν γνωστόν. Semina quæ heic locum invenire
volunt, oportet non minus quam radices probare cortice suo
tentō & aequali, non rugoso. Vides πτεραῖς aequale, rugis
carens, erugatum significare, πτεραῖς πτεραῖς apud Diocorid.
lib. 3. cap. 55. radices rugis carentes. Cæterum Athenæus
& Theophrasto cerasum describi putat. εἰ τοῦτο inquit,
μολ δικῆς φοιο ὁ φιλόσοφος τὸ τινα περιστον καλούμφρον ομφαλίου.
His scilicet verbis philosophum arbitror, quod nunc appellant
cerasum indicate. Danda venia Athenæo, in re herbaria
parum exercitato. Cerasius nec succum, nec saporem
habet mespili, nec ligno constat versicolore, flavoque,
nec folium mespilo simile habet. Quidam forbum tor-
minalem cratægum existimant, ac, cum Theophrastus
mespilo simile folium scribit, intelligunt, Anthedonis
Theophrasti, leguntque τὸν δὲ χαραγμὸν ἔχοντος κακούς;
cum in omnibus Theophrasti Athenæique codicibus par-
ticula con addatur; id est, fissuris carere, non lacinia-
tum esse; quale folium forbo, quam cratægi nomi-
ne delcribunt. Habet materiem nec versicolorem, nec
flavam, sed albam forbus; estq; arbor spectatae proceri-
tatis, folio vitigineo, aceris aut platani assimili, haud in-
firmo cortice, levi, materie alba, aliquin satis dura. Flo-
sculis in laxiore umbella candidis; succedunt bacca ob-
longiores, avellanarum aut olivarum non magnarum
magnitude, racematis coeuntes, longoque pediculo
appensæ, asperiusculæ, punicei aut rubentis coloris, co-
ronato umbilico, sapore per maturitatem acido, cum
quadam acerbitate. Nascitur in sylvis cum cæteris syl-
vestribus. Vide lector, nec folium, nec materiem, nec
fructum convenire. Nunquam nigrescit, oblongus est,
non rotundus. Putavi quandam, quam vocant cerasum
avium, esse cratægum; sed multa dissident, maximè ma-
teries, quæ non est flava; & fructus, qui magnitudine non
est olivæ, & alia.

ΚΕΦ. Ι₅

*Ilicem præter glandem, granum quoddam ferre puniceum: necnon viscum habere, & hyphear,
atque ideo quaternos habere fructus. De smilace, & phellodry. Item phellodrys, atque
ilicis fructum vocari acylum, roboris verd glandem. Dein de arbuto,
potulaca, pruno, ac subere.*

<sup>* Μὲ καὶ τι-
εργαστήριον
Const.</sup> Οὐδὲ πένθος Φύλλον μὴ ἔχει δρυῶδες, ἐλαῖον
οὐδὲ ἐπακανθίζον. τὸν δὲ Φλοιόν, λάσπερον
δρυός. αὐτὸς δὲ τὸ δένδρον μέρος, καθάπερ ἡ δρῦς, ἐν-
χει τόπον καὶ ἄδαφος. Ξύλον δὲ πυκνὸν καὶ ιχυρόν.
Βαθύρριον δὲ ἐπεικῆς καὶ πολλύρριζον. καρπὸν δὲ

ILex folio roboris est: verum minori, aculeato-
que: cortice leviori, quam robur. Arbor ipsa
magna assurgit, modo roboris, si locum solüm-
que adipiscatur idoneum. Materies spissa robustá-
que: radix "alta admodum: atque multiplex. Fru-
fundata me-
diocriter.

ἔχει Βαλανώδη· μήτρες δὲ ή Βάλανοι. τεῖνανται
λαμβάνεις δὲ οὐ νέοι τὸν ἔνον. οὐψὲ γάρ πεποίηνται δια-
κόπη διφορεύειν πίνεις Φασι. Φέρεται δὲ καὶ τοῦδε πάλιον Βα-
λανον κάκκων πινά Φοινικέων. ἔχει δὲ καὶ ξίσιαν καὶ υ-
Φέαρ. ὡσεὶ ἐνίστε συμβάνεις τέτταρες ἀμά καρπούς
ἔχειν αὐτόν. δύο μὲν τῶν ἵσταταις, δύο δὲ ἀλλαξ,
τοντα τῆς ξίσιας καὶ τὸν τέλον υΦέαροι. καὶ τὸν μὲν ξίσιαν
Φέρεται ἐπὶ τῶν τεφρῶν Βορρᾶς, τὸ δὲ οὐΦέαρ, ἐπὶ
τῶν τεφρῶν μεσημβρίας. οἱ δὲ τοῦτοι Ἀρκαδίαν διε-
δρόν πιστίλανται παλέστιν. οἱ έτιν οἵμοιον τῷ περινῷ.

τοι δέ Φύλλας τον ακανθώδη ἔχει ἀλλ' απαλώτερην πλάτην, καὶ τὸ βαθύτερον, καὶ διαφορότερον τολείους. τόπου. οὐδὲ τὸ ξύλον ὥσπερ ἐκεῖνο σερεὸν καὶ πυκνὸν, ἀλλὰ τὸ μαλακὸν καὶ μαλαπὸν στοιχεῖον. ὁ δὲ καλλώπιστος ὁ Αρ-^{μένος} τοις θεοῖς Θεοδ.

αἰωνίως εἶπεν, αὐτὰ μέσον περίτι καὶ δρυός ἐστιν· καὶ
ἔνοι ταῦτα μεταβάντι εἴναι θύλακα περίτον. διὸ καὶ ὅπου
μὴ Φύεται περίτον, τότε τρέψανται ταῖς αἱμά-
ταις, καὶ τὰ τεταῦτα. καθάπερ οὖτε Λαγκαδανο-

^{αειαν Ald.} Σας, καὶ τὰ παιάνια. καὶ γαπέρ οἱ τοῖς Λακεδαιμο-
νακαὶ Ἡλείαν. καλέστι σὲ σῆς Δωρεᾶς καὶ ἀγέραν-
τὸ δένδρον. εἴτι σὲ μελανάτερον καὶ μαυρότερον τῷ πεύ-
κῳ· σκληρότερον σὲ καὶ πυκνότερον τῆς δρυός. καὶ τὸ
χεῦμα Φλοιωθέντο τῷ ξύλῳ, λαμπτέρον μὴ τῷ
πεύκῳ, οὐνωπότερον δὲ τῆς δρυός. τὸ δὲ Φύλλα πεφ-
σόκηκε μὴ ἀμφοῖν. ἔχει σὲ μέτζων ἢ ὡς πεῦκον.
ἔλαττον σὲ, ἢ ὡς δρῦς. καὶ τὸν καρπὸν τῷ μὴ πεύ-
κου καὶ μεριζότο τὸν καρπὸν τῷ μὲν πεύκῳ
νοις ισσον. καὶ γλυκύτερον μὴ τῷ πεύκῳ, πικρότερον
σὲ τῆς δρυός. καλέστι δέ πινες τὸν μὴ τῷ πεύκῳ καὶ
τὸν ταύτης καρπὸν, ακύλων· τὸν σὲ τῆς δρυός βα-
λανον. μήτραν σὲ ἔχει Φανερώτερον ἢ ὁ πεῦκος.

ηὲ ἡ μὲν Φελλόδρυς, τοιαύτης πινὰ ἔχει Φύσιν. ἡ
δὲ κέρμαρ^Θ ηὲ τὸ μεμαίκυλον Φέργοσ τὸ ἐδώδι-
μον, εἰς μὴ τοὺς ἄλλους μέχεται τὸν δὲ Φλοιὸν ἔχει λε-
πίδην μὲν, παρόμοιον δὲ μιρίκη. τὸ δὲ Φύλλον με-

Ταξὶν περί τὴν δάφνην. αὐτῇ δὲ τὰ πυκνεψιῶν θεοῖς
τὰ σὲ αὐτὴν πέφυκεν ὅποι μιᾶς τῆς κρεμάσθεται εἰς
ἄκρων βοσγεδόν. τινὲς δὲ μορφίου ἐκάστων ἔστιν ὄμοιον
μύρτῳ περιμήκει. καὶ μεγέθε δὲ τηλικοῦτον. ἀφυλλον
σὲ καὶ κείλον ὥστε ὡὸν ἐγκεκλαμμένον. ὅταν σὲ α-

παγῆση, ἡ περίφυσις παρέμπη την. οὐδὲ αἴτινή μοι
λεπίδιν, ὥστε σφόδρα λιθωτὴ αἰτιώκτινον, ἢ καρ-
κεύοντος δοσει- νες λιθωτές. οὐδὲ καρπὸς ενιαυτῷ πεπάνεται. οὐδὲ
κος Conf. αἴτια συμβαίνεις τοῦ τον τ' ἔχειν, καὶ τὸν ἕπερον αὐθίζειν.
† αἰδερίχη ποιόντων δὲ τὸ Φύλλον καὶ τὸ αἰδερίχην ἔντονται κα-

μάρω. μέγεθος δ' τὸν ἀγανάκτην τὸν δὲ φλοιὸν,
† λεῖον εἰς † λείκην εἶχε καὶ αὐτοῦ οὐδὲν οὐδὲν

Plin. ομοίου τῇ κομιάρῳ. ομοίου δὲ εἴσι τούτοις τὸ Φύλλον καὶ πεπτυγμένον Plin. τῆς κοκκυμηλέας. τὸ δὲ δένδρον μικρόν. ἴδιον δὲ είχει καὶ τὸ σκαπτοῦθεν τὸν καρπόν. τὸ το γάρ δέ

κηκηνητείας εφ ενος απήκουσαμένω αλλά δεν δρός. ταυτα μέρη γνω-
Scal. νόπερα πολείσσις χωρίς κα τόποις. ένισι σῇ ἴδιωτεσσι·
† πυρρήνιος καθάπερ καὶ ὁ Φελλός. δις γίνεται μέρη ἐν τῷ πυρρήνιο.
Baf.

το σε δευτερον εστι σελεχωδες μηδ και ολιγοκλαδον· ομηρ
† φλοιον ιχνει κες δ' Πτεικας, και Σαζενες. ξυλον ιχυρον. τον δε †
παχυν Σοντ. πιτυ Σο. απλις και μειω. το δε Φύλλον, σμοιον ταις
„ μηδιν. ε. λωνιας Σον- Φυλλοσολεψην. καιροπον δε αιτει Φέρετ † βαλανηφόρου,
ταις Σον- πιτυ Σο. απλις και μειω. το δε Φύλλον, σμοιον ταις
βαλανηφόρου,
πιτυ Σο. απλις και μειω. το δε Φύλλον, σμοιον ταις
βαλανηφόρου,

παντες οι περιστεριν. ει δε μη, χειρον γινεται το δενδρον. εξο-

λογ, οὐλλας μη φυλανθολκυ Conf. ≠ βασιλευόδη. ἀγεία Bas.

Et glandulosus, sed glans ipsa pusilla est. Veterem novus occupat: nam sero maturescit. Quamobrem bisera haec à nonnullis existimata est. Fert præter glandem, granum quoddam puniceum: & viscum atque hyphear habet. Quapropter, ut fructus quarternos habeat nonnunquam contingit; binos proprios, binosque alienos: visci scilicet atque hyphearis. Fert à septentrione viscum, à meridie hyphear. Smilacem Arcades vocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato, sed molliori, profundiori, & differentiisque pluribus distinguendam: nec materie, ut illa, solida, spissaque, sed soluta, mollique in opere. Quod Phelldrym iidem Arcades nuncupant, natura hujusmodi est. Simplici quidem ratione inter ilicem & robur hanc esse putaveris. Et quidam fœminam ilicem esse putarunt: ideoque ubi ilex non provenit, hac ad plaustra, similiaque utuntur opera; ut Lacedæmonii, & Elei. Dores quidem vel & agrestem eam appellant. Est mollior, ac solutior ilice: durior, ac spissior queru: "colore ligni decorticati: can- didior ilice, fulvior queru. Folio similis amba- bus: verum majori quam ilex, minori, quam quer- cus. Et fructum pro magnitudine & minorem quam ilex habet: majorem, quam quercus. Fructum ilicis hujusque, nonnulli acylum vocant: roboris autem glandem. Est & medulla ejus manifestior, quam ilex. Phelldrys natura hujusmodi est. Ar- butus, & quæ pomum cibo idoneum fert, magni- tudine non nimium excellit: corticem tenuem tamarii similem habet: folium inter ilicem, & lau- runa. Floret mense Iulio. Flores singulari ap- pendice parte postrema racemsti cohaerent; spe- cie quisque myrto oblongo similis, & magnitu- dine tantus, non foliatus. Concavus tanquam o- vum exalptum, ore aperto. Cum autem deflou- erit, & retinaculum perforatur. Quodque deflou- erit, tenue, sicut & verticilis circa fusum, vel car- nius Doricus, extare videtur. Fructus anno integro maturescit: ut simul hunc haberi, atque alterum flore sponderi contingat. Portulaca quoque folio arbuto "similis est, magnitudine non nimium ex-

arbuto similes est, magnitudine non nimium excellens: cortice † albo circumrumpi solito. Fructum arbuto similem parit. † Prunus his folio similis. corpore parva. Peculiare in hac, fructum lanugine pappo dicta, perire. Id enim de nulla alia arbore accepimus. Hæc regionibus, locisque pluribus assignantur communia. Quædam vero propria locis certis redduntur. Vt suber arbor, in Thyrrenia familiaris, caudicosa, parumque ramigera, admodum tamen procera, auctuque insignis. Ligno robusta, cortice unice crasso, disruptumque solito quemadmodum piceæ, verum fragmentis grandioribus. folio fraxini, crasso, oblongiori: non perpetuo, sed deciduo. † Fructum glandosum affidue fert, aquifoliæ similem. Detrahunt corticem, universumque dividendum censem. Alioquin arborem deteriorem effici volunt. Rursum vero intta triennium repletur.

Floret quando Sol est in signo Scorpionis. Flores singulari pedunculo parte postrema a cematione cohaerent. † id quod subit flori. † verticillus circa fusum vel, sicut epistyleū columnæ Dorice. " quodammodo simili-

^{lis.} *levi. † coccygia. * in Pyreneis. † Fructum fert aspidum, cumque
rlandis figura ilicis famine similem.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

AYo p̄ r̄ t̄ r̄ iaw̄r̄, d̄o s̄l̄' ūm̄s. Declarat qui sunt fructus alieni. Viscum, & iophia. Ceterum glans quoque roboreo item generi communis est. Quod si dicas, propriam esse talem ilicis: idem de visco asseverabo. Neque enim idem. Viscum specie, quod ē queru, & pyro, & malo prodit. Scire id idem, quod ab ilice.

Ot̄ j̄ σεσ̄ δημ̄δια. Hoc caput cum superiore unum est. Similis enim natura. Smilacis folia βαθύτερα, quam ilicis, cūm docet Theophrastus, Theodorus verit, profundiora. Nemo quid id reisit, intelligat: sed est ut, πάντα βαθύς. et jam hoc suprà quoque.

H̄ j̄ καλέσιν ἀρκάδες φιλόδρω. Melius fecisset, si glandiferas omnes simul dispositisset: ac tum postea analogas digestisset. Nota verbum φιλοίζειν. ut sit φιλόζειν, tollere corticem. Latini dicunt, docorticare significat privationem. Græcus, corticare. Hoc significat habitum, quasi corticem faciat, qui auferit à toto. Sic Galli facere barbam, cūm radunt. Porphyrius, ξυλίζειν, lignari, etiam Latini. Vnde apud Homerum ἄξυλον υἱλία, que non est cæsa.

Ελαχίστας j̄ βαλανον̄ l̄m̄. Theodorus, majorem, quam quercus. Longe alia lectio est. Item illa omisit. Γλυκύτερον̄ & στήρις, πικρόπερο, j̄ τ̄ δρός.

Ακυλον̄. Plinius rectè observavit apud Homerum distinguere hanc à glande. παρ̄ δ̄ ακυλον̄, βαλανον̄ τ̄ Ελαι. Hic hoc habes amplius. ἄκυλον communem nomen fructui, tam ilicis, quam quercus. βαλανον̄ autem quercus tantum. Sic enim scribit, τ̄ p̄ δ̄ στήρις, ν̄ τ̄ Λαύρης κρεπτον̄, ακυλον̄. Id quod à diligentioribus nondum erat observatum.

H̄ j̄ καρπ̄ον̄. Aliud caput. Tria genera agnoscit. καρπ̄αση, cuius fructum μακάλανον̄ vocat. Alterum, αδεσχίλια. Tertium, coggygria. μακάλανον̄, ponum Theodorus est interpretatus, nimis communis appellatione, Vnedo est. Optimè vero descripsit folium. Etenim à lauro ad ilicem si transfas, arbutum inuenias, & suber. Qui arbuto mali cotonei aspergant folia, non norunt alterutrum.

'Απ̄ μιας κερμάτρας. Theodorus, singulari appendice. κερμάτρα, est pediculus hic. alibi funiculus. Appendix est, ut in opere Platoni, & ιγενίς, & omnino idem quod auctarium. vulgatus suprapondium, quod appenditur præter id quod pendit debet.

'Η περφυνης περφύνηται. Theodorus, retinaculum perforatur. At non est retinaculum, id est, pediculus, sive κρημάτρα, quod perforatur, sed id, quod subflor. Quod, cadente flore, subnascitur in ejus locum, & vox monet, περφυνόμενος.

'Η καρπ̄ον̄ διελαχίσ. Ex Suida & Athenæo Laconica festa hoc nomine scimus, aliud præterea nihil. Hermolaus omisit. δενης aliquid esset, ut acciperetur pro annulo lancearum, sed nihil id.

Πετρόπινδρος, Ab Hermola animaduersum est, Plinio fuisse, καρπ̄ον̄ διελαχίσ. & hoc suprà.

Καρπ̄ον̄ καρυκηνίας. Mendoza lectio. Nulli pruno solvitur in pappum pomum. Nulla prunus similis unedoni. καρυκηνίας legit Ruellius, acutissime. Plinius agnovit Coggygia.

Taō̄ p̄ oī̄ n̄iō̄ p̄ oī̄ θελεσ. Adeo præfert alterius initium capitii: ut pro integra libri parte diversa deceat haberet. Quippe hinc incipit earum historiam arborum, que certi loci sunt peculiares. Et dixit, ζέας, pro spatio latiore. τομος, pro parte καρπ̄ας. Sic geographia, chorographia, topographia. Vjs talis est, ut locus sit proprius cuiusque rei propinquus ambitus. Exorsus est a subere, quod ascripsit pro peculiari Pyrenæi. Sanè à montibus ipsis habemus nos eas arbores distantes circiter centum quadraginta millibus passuum. Italia quoque refertissima est. Is primus error est: alter, cum fraxini attribuit folia.

Καρπ̄ον̄ δε φιλόδρω. Theodorus, fructum aspidiæ fert glandolum. Neuter satisfacit. Quid enim dei? Nam n̄ δε φιλόδρω sunt, quibus folia non cadunt. Ergo n̄ αδεσχίλια, quibus fructus nunquam cadit. Præterea quid est, aut βαλανοφορον̄ aut glandosum? Sanè glans nulla, glandosa est. at fructus suberi glans verissima.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Pro. Ilices copiose in Provincia, vulgoque vocantur yeuses, vel, eouses: chesnes verds.

Ἐπακανθιζον̄ immo οδηγον̄ διζον̄. ut lib. I. cap. 16. videbis que observavimus in lexico in voce οδηγον̄ διζον̄. Κόκκινον̄. vide lexicum Crispini in voce κόκκινον̄.

Iz̄. Hec pudendo errore Plinius lib. 16. cap. 30. buxo affigit atq; attribuit. Plurima vero, inquit, buxus. Nam & semen suu & granu, quod carthegon (certe suspicor & irreprosso hoc nomen, quod Theop. supra δει καρπ̄ον̄ tractaret) vocant, & à Septentrione vīcū, à Meridie, hyphear, &c.

Σμιλαργ. habetur in Crispini lexico. Smilaoes Arcadum Monspessulan herbariis falsò vocant robora. Græci adhuc vulgo dicunt Milaci, & Ayclaci. Smilacis species his secunda (que similax est Theophrasti) provenit in collibus Rhodanum proficientibus, toto eo tractu qui à Vienna Allobrogum ad Arelatem usque porrigitur. Folium spinosum non est. φιλόδρω. phellorys Arcadum, sive Aria Dorum, species est illis coccifera in agro Monspessulan. Vnde quisquiliu, sive Arabum chermes. Est Plinio Ilex aquifolia (cui ζελα, est Aquisolia simpliciter, sive Aquisolium, id est, vulgo Houx, Lugdunensibus Agron, sive Agrenon, que Italii Cerrosugnato. Græci vulgo bujus fructum vocant Ayclacas. Esse autem non potest Aria Theophrasti arbor illa quam & αἰγαλα vocat Anguillara, vir in simplicium cognitione excellentissimus. Hæc Aria Anguillara (cujus hic etiam pītura) arbor est satis procera, foliis alni subtus candentibus, supra obscurè virentibus. Flos ut fructus in umbella, albus. Fructus immaturus viridis, maturus rubet ceraso, similis. Lignum durissimum est, unde Matalo quasi Metallo in Appennino arbor ipsa nominatur: que à Sequanis & Arvernis Alifier, à Nantuaibus Cerier & Celerier.

Tot̄ n̄iūms. nempe & δοιας, non verò δρυ. Vide infra cap. de subere errorem Plinis.

Κόμαρο. Arbutus Dioscoridis: quibusdam non videtur esse Arbutus Dioscoridis. Sed illos autores inter se conciliauit in Lexico in ea voce. Considerent peritiores que sit ea arbor, de qua sic scribit Palladius in Decombri lib. cap. 4. Hypomeles poma sunt (ut Martialis assertit) sorbo similia, (intelligerem magnitudine) mediocrem arbore nascuntur, & flore candidul. Dulcedo huic fructui cum acuto sapore commissa est. Omnia haec probè arbuto convenientia. Repugnat quod infra sit, nucleus seris, & poma affervari.

Κερμάτρα. Budens legit κερμάτρας. Est verò etiam κερμάτρα, penitus funis, simplex primum, deinde multifidus: & inde translate alia ejus figura, ut coquinarium illud instrumentum quod canino appenditur ut suspensa vase sustinet. Nos etiam δε φιλόδρω vocamus cremilliere. Κερμάτρα item instrumentum quo mulieres appensa claves gestant. Hoc loco autem, est pediculus multifidus ex quo fructus appenduntur.

Καρπ̄ον̄ διελαχίσ. Considera, nisi meministi, capitelli sive epistylis (quod & κινοφορον̄, de quo vide in nostro Lexico) figuram apud Vitruvium, & hic mecum leges καρπ̄ον̄ διελαχίσ. Et ut in capite fusi verticillus, sic illud epistylum in capite columnæ. Πενιεται. Plinius lib. 15. cap. 24. sic vertit: Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, & prior coquitur. Vide cætera. Αντραχη. legend. αδραχη, quod & ostendit his Plinius lib. 13. cap. 22. Adrachneri omnes ferè Græci portulacea nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Hodie etiam in Græcia vulgo vocant αδραχη.

Λοχν̄ & καρπ̄ον̄ διελαχίσ. Plinius; Cortice non scabro quidem, sed qui circungelatus videri possit: tam tristi aspectu est. Videtur legiſſe λοχν̄ καὶ καρπ̄ον̄ διελαχίσ. λοχν̄ ego tamen retineo.

Καρυκηνία. nisi καρυκηνία legas cum aliis, posis καρυκηνία legere cum Plinio, cuius haec verba, Similis & coggyria folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (pappum vocant) quod nulli aliis arbori evenit.

Φεδρός. que & ipſi Ι. Β.

Πυρρία. legē τυρρήνη. Est verò Tyrhenia Tuscia Servio Mauro, que & Hetruria. Sed de subere ait ita Plinius lib. 16. cap. 8. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. At errat: nam sanè in utroque. Ibidem ipsius gravior error: Sunt qui feminam ilicem vocent, inquit, atque ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Que ex Theophrasto quidem ad verbum, sed non & φιλόδρω διελαχίσ, verū φιλόδρω sive δοιας, alia arbore, quam falsus Plinius & suber esse credidit. Nota Theophrasti distinctionem δοιας non idia, & quod non uero cō τυρρηνία δixerit. Facit magis peculiare, non illius loci proprium.

Ευμήνη. Sed Plinius non bene, Suberi minima arbor. excusare malo. Deest particula non; sicut & ubi legitur, cortex tantum

*tantum in fructu. Legendum enim, tantum non. Nam, ut
sit, corticis arborem φύσαν dixerunt. Allusio est ad φύσιν.*
Πάκτυ. Οὐκέτι ξένος. Μιλίαν. Falsum, & legendum οὐδεῖται!
*"Οὐκέτι φύσαν, ἀλλὰ φυλλωθόλεν. Falsum & istud, nec un-
quam ita scriptum à naturali historiæ peritissimo philoso-
pho. Germana hæc lectio. οὐκέτι φύσαλλον, ἀλλὰ μὲν φυλλωθό-
λεν. At φιλεπιμητής. Vlpianus quispiam subjiciet, in censu
τῷ φερόμενῳ Theophrastum non reposuisse superem.*
Immo respondeo, nec alias; οὐ καρφία, & τεχνία, quas

tamen in historia ejus generis esse ostendit. *in dædœ; emendo*
in dædœ. Nec enim aquifolium glandifera, sed baccifera.
& suæq[ue]s. Plin. lib. 17. cap. 24. Cortice in orbem de-
tracto necantur, excepto subere, quod sic etiam juva-
tur. Crassescens enim præstringit & strangulat. Licit ad-
mirari naturæ solertiam, que suberi corticis arbori &
ad decorticationem natæ duplœ corticem attribuit, ut
& spoliata cortice, ad huc libro conveftita, non nuda re-
manneret.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Oðs περὶ θεῶν. περὶ θεῶν nuncupatur, vel, quod serra sit, propter duritatem, secanda; vel, quod folium habeat undique circum serratum. Latinis Ilex dicitur; fructus ἄκυλος, & ἄκυλον vocatur. Phavorinus. ἄκυλον ἀδέσιον, οἱ τὸν περιβόλινον βάλανον, οἱ δὲ λύθροι τὸ αἰδέσιον. λίχατος ὁ τοιούτος καὶ οὐκέποτε κομισθεῖς. Qui arbuti fructū sic vocari tradiderit, haec tenus non inveni alium. Theoph. phellodryos fructum, & ilicis sic vocari tradit. Ilicis sic nuncupari testantur omnes. Hesychius ἄκυλον οἱ τὸ περιβόλινον βάλανον, fructus ilicis glans. Plin. lib. 16. cap. 6. Ilicis glans utriusque brevior & gracilior, quam Homerus acylon appellat, eoque nomine à glande distinguit. Non tantum Homerus, sed etiam Aratus, & Theocritus glandem ilicis acylon vocant. Theocr. eidyl. ..

⁷ Οὐδὲ γὰρ ἔδ' αἰκύλοις ὁ ἐρμαλίδες, αἱ μὲν ἔχονται
Λεπτὸν διὰ τὸ πεῖνον λεπυρέλον, αἱ δὲ μελιχρώαι.

Neque enim cum glandibus montana poma; nam illæ quidem habent Tenuem ab ilice corticulum, hæc verò mellita sunt.

Schol. ἀκύλοις τοῖς δὲ πτερύσι βαλδνοίσι, ἀκυλῷ δὲ δὲ πτερύσι
πυρπόλῃ. *Acylois*, dixit, *ideft*, *glandibus ilicis*. *acylos* enim
ilicis fructus. Gal. lib. de boni & mali succi cibis. τὸς οὐαὶ^{τὸν} πέραν βαλδάνες ἀς ἀκύλοις αναρρέουσι ἀλλως. Illud mirum,
quod ait Plinius, *Homerum acyli nomine distinguere à glan-*
de. Cum ilicis glans acylos ab eo vocetur; dicendum,
mentem Plinii esse, à reliquis queruum glandibus distin-
guere. Hoc si non placet; male scriptis Plinius. Fuit Ilex
quondam magno in honore: civica enim ex ea siebat cor-
ona. Plinius lib. 16. cap. 4. *Civica ligna primū fuit,*
postea magis placuit ex esculo Iovi sacra. variatumque εἰ-
cum queru est. &c. Gellius lib. 5. cap. 6. *Quod genus*
superiori, nempe querui, proximum est, sicuti scriptum est
*in quadam comœdia Cœcili. Adseruntur, inquit, cum iligi-
nea corona εχλαμye. Illud non negligendum; ilicem*
sumi pro symbolo fertilitatis: siquidem quoties ferax
est, in sequentem annum credunt fore fertilem. Caffianus
Bassius lib. 11. cap. 15. Φαῦλοὶ τὸ πτερύς εἰς πολύτερην
χάντα, σιγησπίαν σημεῖον. *ajunt autem, si ilex fructum mul-*
tum ferat, fructuosum annum futurum portendere. Cor-
rigere, ut hoc obiter addam, titulum capitis. Vulgo male
legitur, οὐ πτερύσιαν. Scribe ex altero Palatino, οὐ πτερύσιαν.
Hyems item an sæva, an verd mitis, eadem præ-
dicit ilex.

Arat. de signis.

Πελνοὶ μὲν θαρρωνῆς ἀκύλης καὶ μέτρον ἔχοσι,
Χειμῶνας δὲ λέγοισι Πτή τολέονταχθόσαντα.
Μηδὲ ἄδικος ἐμπαλαῖς αἰτίοις εἰσιθέοις ἀπειπε
Τυλοπέδων δι' αὐχηοῖς σπάσας χύοις εἴργεται.

*Cum nigra densatis curvatur glandibus ilex,
Invocat hybernae gelidissima tempora brume;
Sin modicos radix emittat vivida fructus,
Nulla obsessa situ tellus florebit aristis.*

Tradit Ælianus, leonem ilicis foliis calcatis subito torpore teneri, libr. I. cap. 36. λίον οὐδὲ φύλακες πέπινον ἵχοντες εἰς τὸν πάρκην. Ilicis foliast leo pede attigerit, ob-torpescit.

Idem in Geoponicis lib. 15. cap. I. habes ex auctoritate Zoroastræ. λίαν ἵππος στελέ πεπάλαι, ταρχεῖ; leo conculcatis ilicis foliis stupescit. Arbor ipsa ilicis infausti nominis habetur, maximè si cava sit.

Virg. Ecl. 1. & 8.

*Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix.
Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.*

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Seneca in Thyeste.

Nullaque latoſ ſolet
Præbere ramos arbor, aut ferro colis,
Sed taxo, cupressu, & nigra ilice
Obscura nutat ſylva.

In felicem credo judicarunt, quod facile fulmine iicitur. Quod Persius innuere videtur Satyr. 2.

*— At sece non clamas Iupiter ipse !
Ignovisse putas : quia cum tonat, ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro, quam tuque domusque.*

Theophrastus plura ilicis genera esse non docet. Ex Plinii verbis supra citatis duo reperi sunt; quod etiam ex ipso probatur Columella. Nam lib. 6. cap. 30. haec tradit; *Iligneum tamen vel melior est quernea*, sed ejus generis quod spinas non habet. Nam altera quoque, uti juniperus, respuitur a pecore propter aculeos. Non recte ergo sentiunt qui, Theophrasti tantum auctoritate feti, illicem non spinosam legitimam esse negant. Ilex folio non



spinoso, videtur à Theophrasto smilacis nomine describi. Plin. loco citato: *Ilicis duo genera. Ex iis in Italia, folio non multū ab oleis distant, smilaces à quibusdam Græcis dictæ: in Provinciis aquifoliae sunt ilices.* Ita locus hic distingendus. Falluntur qui Pliniū dicere existimant, quas Græci smilaces vocant, eas in Provinciis appellari aquifolias; duo genera ilicis facit, & utramque describit. In iis esse in Italia, folio non multū ab oleis diverso, ergo nec aculeato; vocarique smilaces à Græcis; vel, ut in antiquo codice legitur, milaces: in Provinciis vero aquifolias ilices, ab aculeatis nimirum foliis sic dictas. Sub duo genera redigit ilicem arborem. *Aliæ sunt, inquit, folio minimè spinoso, & oleis simili, quæ Græcis quibusdam smilaces dicuntur.* Hesych. σμιλαὶ θεοφράστος εἰπεῖν, σμιλαὶ

επιλαγης η σθωνται. Theophrastus ab Arcadibus similacra vocari auctor est. Et hoc quidem genus in Italia prove- niebat. Alterum vero genus, aquifolium, in Provinciis. Quae aculeata est folio, ilex propriè & absolute hodie vocatur.

Φύλλον μη Ιχθυόδες, Ιλαπίον γινεται διζον. Scribe ex cap. 16. lib. I. *ωδησερδιζον.* vel *ωδησερδιζον.* *ωδησερδιζον* φύλλα, folia in ambitu spinosa, vel utrimque aculeata: qualia rerum ipsa natura habere docet Illicem; similacrum asperam. Ilex haec folia circa ramos fundit oblonga, marginibus crenata, ad singulos angulos rigidibus aculeis spinis armata, minora non modo quam roboris, sed & quam ilicis glandiferæ sive non spinosæ, magis vi- rentia, nec averla parte adeo incana, quæ veruitate interdum rubescunt.

Αὐτὸν γένος διάφορο μήτερα καρποί οὐδεστος &c. Illud falsum est. Ilix, quæ querqus instar assurgit, nec pungentia habet folia, nec coccum fert puniceum. de quo mox agam. Ilex coceigera, quandoq; unico caudice arborescens attollitur, non tamen altè, saepe fruticans, plures è radice emittit stipes ramosos, duorum, trium, quandoque plurium digitorum crassitudine, saepe numero unius tan- tum.

Εὐλογος &c. Hoc de altera accipe, quæ coccum non fert. Sed quod de radice sequitur, de utraque accipere licet.

Καρπὸν γινεται βαλανεῖον &c. glandem si fert, pusillam gignit, calice spinoso & echinato inhærentem, valde amaram.

Φίρετος γινεται ωδησερδιζον καρπον πινακης. Coccum non ubique producit ilex, ut observavit Car. Clusius, sed iis solum regionibus, quæ Mediterraneo mari vicinae sunt, & magno solis ardore torrentur. Sed neque istic perpetuo fert coccum: cum enim frutex adolevit, ut glandem alere possit, coccum non gignit. Ideoque solent incolæ quadriennies aut adultiores stolones urere, ut proximo anno novelli resurgent, qui deinde singulis annis aliquot subsequentibus, coccum ramulis inhærentem instar exiguorum pisorum gignunt, colore primum albido, per maturitatem vero cineritio. In his exigui vermiculi gignuntur, qui immobiles initio, donec soli expositi vi caloris prorepant, & aufugere conentur, sed à custodibus qui assident, in linteo tantisper concutuntur, donec examinantur. Operæ pretium videtur, quæ recentiores de coco hoc, ejusque præparatione tradunt, referre: deinde, quæ veteres tradiderant, examinare. Coccū quomodo gignatur præparaturque, ac colligatur, docet Quinqueranus lib. 2. de laudibus Provinciæ. *Ilicis nobis duas sunt species:* earum una nulla doce in arborem adolecit, altera frutex exiguis se quipedali proceritate latissime viret, foliis labore præfulgidis, spinarum vallis ambitu, numeroso stolone assurgit, in morem (modum) rosarii. A nostris fagi appellationem sortitur, quanquam nullam fagi imaginem repreäsentet. Provenit loci planis quidem, sed in altitudinem evectis, exilibus & scitentibus, collibus item, sed infuscundius. Igītū verè medio rorati imbribus frutices, coccum hoc modo ordiuntur. Ac primum omnium, ut fere sit in fruticibus, qui non arborum modo trunco in altum eveniuntur, sed pullulant densa propagine, immo imus scirpus se in duo brachia partitur. In horum medio instar foranè palmitis increvit rotundum quiddam magnitudine, & calore (colore) pisi. Hanc matrem vocant, quod ex eo cætera grana producuntur. Matres verd ut plurimū habent quinque, quælibet cespitum familia; quæ ineunte estate astuque minutissimorum vermiculorum, ut tantum visum non effugiant, catervam profundum, satiscuntque in summitate. In animalia prope nova soboles colore candida, pro se quisque insublime. At ubicunque vermiculi vel germinantis surculi acellis (axellis) occurrent, desinunt, & incrementis aucti milii magnitudine fiunt. Inde liberius adolescentibus, aliis color in cineritum transire, jamque non animal, sed pīsum rursus apparent. Tuncque ea grana, maturitatem ad- eptæ, colliguntur, iam coloratis vermiculis fortæ: dumque a-sportantur, ambiens pellicula prætenuitate rumpitur; sicque mercatoribus allata vermiculum quidem qui citra vaginulam habentur primum in libram quamlibet, aureus solatus, in granorum verd quæ adhuc horum partem retineant, huius quadrans. Torquent interim vermiculi, ac immobiles ja- cent: ceterum cum primum tempestivitas adest, in linteis præcipitati, soli exponuntur, tum libato calore statim prorepunt, atque aufugere nituntur; sed à custode, qui continuus assidet, concussu linteis in medium eousque rejiciuntur, do- nec emorsantur. Tanta quidem dum hic fiunt totaque mox triduo odoris suavitatem atque gratia, ut non cibæ, non mo- schio, non ambræ, sed ne ceteriorum quidem floribus facile concesseris. Si quæ vero grana legentis effugerint sedulit,

tem, ea mox paulò alatorum animalium numerofum exerci- tum in auras effundunt. Observatum est hoc anno ex campo lapideo Arelatensi agro, hunc proventum undecim aureorum millib; estimatum. Similem cocci parandi rationem in Gallia Narbonensi, atque in Hispania, dum istic degerer, observavit, Car. Clusius. Areas enim sub dso habebant, ad eam rem destinatas, eminente aliquantulum margine, quibus lineo panno instratis coccum effundebant, cu- stodiis summo fervore solis perpetuo assidentibus, & extrema linteī bacillo concutientibus, ut vermiculos ef- fugere properantes, in interiorē linteī partem repelle- rent. Istam tamen, quam Quinqueranus resert, sum- man odoris suavitatem non sentit, licet satis acres ac sagaces habuerit nares. Aliam Petrus Bellon: lib. I. obser. cap. 17. præparandi cocci rationem tradit. Coccū baphice censū ingens est in Creta: sed ejus collectionis cum potentiores operam impendere nolint, pastoribus & pueris istam Provinciam relinquunt. Invenitur mense Iunio in ex- iguo quodam frutice, ex illici genere glandem ferentis, sine pediculo inhaerens illius fruticis stipiti, colore ex cinereo al- bicante; sed quia istius fruticis folia spinis horrent, uti aqui- foliae, pastores furculam sinistra gestant, qua ramulos deprimit ac inclinant, dextra autem putatoriam falcam, quæ illos demetunt, & rotundas vesiculos exigui pisi magnitu- dine auferunt, qua parte ligno adhæserunt apertas & bian- tes, pusillis rubris animalculis lende minoribus plenas, qui per hiatum illum effugient, & inanē vesiculam relinquunt. Pueri jam collectam coccum ad Questorem deferunt, qui ex dimenso ab illis redimit. Is animalcula à vesicula cribro se- gregat, deinde summā digiti leniter et apprehendendo, in pilas efformat, gallinacei ovi magnitudine. Nam si nimium com- primeret, tota in succū resolverentur, & color periret. Ita- que duo infectionis genera: unum pulpe, alterum vesicula- larum; quoniam autem pulpa ad inficiendum commodior est, ejus precium quadruplo majus, quam vesicularum. Nunc an coccum veteres agnoverint videamus. Non vi- detur Theophrasto cognitum: Meminit hic quidem cocci Phœnicii: sed alius color Phœnicius, alius cinerius. Respondetur, non dixisse Theophrastum *φοινικης*, quod tali sit colore; sed quod pannos aliasque res colore pu- niceo inficiat, tingatque. Eodem modo Plinius lib. 4. cap. 51. rubentem dixit coccum Galatiae. Rubens gra- num, uti dicemus, in terrestribus: aut circa Emeritam Lusitaniam, in maxima laude est. Rubens, quod rubro inficiat colore. Hesychius *κόκκος* ιετος φοινικης βάπτισται καὶ αὐτὸς τὸ χρώμα καὶ ψυχέσιον μέρος. Theophrastus ergo cum dixit, *κόκκον πινακης* Attica brevitate usus est, Debebat enim scribere, *κόκκον φίρετος πινακης* φοινικης βάπτισται. Neque quidquam prohibet dicere, coccum non in omni- bus locis quibus nascitur, unius generis colorem habe- re. Nam conchylium, & quo olim purpura inficiebatur, pro littorum diversitate in quibus reperitur, varios refe- rebat colores, & modo aliis in locis atrum, aliis lividum, aliis violaceum, aliis rubrum, aliis purpureum, invenie- batur. Instabit aliquis, de grano hoc non agere Theophrastum, verum de ilice glandifera altera, quæ granum hujusmodi fert, ut testatur Clusius lib. I. hist. cap. 15. Sed aliquando granum ex puniceo nigricans, in iis arbori- bus, que frequentes nascibantur sylva illa propè coenobium. De hoc grano nequit intelligi Theophrastus: hæc enim ilex spinis caret; spinosa *φοινικης* fert, ut idem tra- dit. Nec glandem fert pusillam, sed satis magnam, quer- nae glandi similem, modum majorem, modo minorem. Il- lud fatendum, impropriæ à veteribus *κόκκον* dici: excre- mentum enim arboris veriū est. Recentiores vermicu- lum vocant, quod parvis scateat intus vermiculis. Glosæ *κόκκος*, βασικη, vermicula, hoc coccum. *κόκκος* vermiculus. Apud Hieronymum in epistolis pelles vermiculæ, quas alio loco coccinas dixerat. Plin. libr. 24. cap. 4. de coco ilicis. Est autem genus ex eo in Africa ferè & Asia nascens, celestissime in vermiculum se mutans, quod ideo scelcion vocant, improbatque. Ab eo vermiculo ho- die quicquid rubet, vermiculum dicimus, vermeil, & mi- nimum vermiculonem, & vermillon. Recentiores Græci *μεταρόκκον* & *περόκκον* nuncupant granum tinctorium, quod veteres *κόκκον* βασικη vocarunt, ut ex veteri lexico Græco-Arabico probat Doct. Salmasius. *φόκκος* βασικη, τὸ περόκκον. Unde apud Myrepsum, in Antidoto III. mu- nicipior περόκκοντος. sericum filum coco tinctorum, Ubi in manu- scripto μεταρέντη περόκκοντος legi notat Fuchsius. Corrigit, μεταρέντη περόκκοντος, ut in Antidoto 452. scriptum est. Scoleum, id est vermiculum, vocari Plinius ait. Certè Democrito in Physicis *κόκκος* dicitur. οἱ δὲ γαλαταὶ *κόκκος*, Ε τὸ τοιοῦτον οὐδεποτε λαζακιον, Galatæ scolex, id est, verinis coccum tinctorile, quod optimum, teste Dios- coride e

coride in Galatia prouenit. Ex voce vermis, conflatum videtur Arabicum *chermes*, quod nomen in officinis paſſim hoc granum obtinet. Aliud tamen ab illo quod vulgo *chermeſinum* vocamus, à similitudine coloris dictum. Hoc maxima ex parte paratur ex quibusdam rebus (male feminis vocantur) ex India occidentali allatis, quae similes sunt cimicibus, quibus deemptum caput: *cousenelle* vulgo vocant. Malunt alii confici ex granulis, pilulise pimplinellæ radicibus adhaſcentibus, quibus terica rolio tinguntur colore. Pilulas istas nunquam obſervare licuit, nec ad lanas, ſericaque imbuenda ab infectoribus usurpari haſtent audivi, nec ab iis intelligere potui. Fieri tamen potest, quod ſecreto tale revelare nolint. Coccii granum non ineleganter (ſi modo vera lectio) Plinius *κοκκίνας* vocavit. *κοκκίνας* propriè eft *minutias excrescentes prefecare*. Inde *κοκκίνης & κοκκίνημα*. Hesich. exponit τὸ βυρτὸν ἀσημειοῦμενον. *pellium minutum*; id eft coriorum præſegmen, quod futores e pelle amputabant & circumcidabant. Idem Suidas *κοκκίνης μάνης βυρτοῦ* τὴν σπικέλατην ἀσημειοῦμενην. *coriorum minima, minutaque præſegmina*. Hinc ergo & *κοκκίνης* grana illa, vesicarum more in fruticis cortice extumefcentia, quae abradebantur ad tingendas lanas. Plin. libr. 16. cap. 8. ſcabiem quandam fruticis eſſe ait. Sed locus admodum corrupitus. In vulgatis codicibus legitur. *Omnis tamen has ejus dothes ilex, ſolo provocat coco.* Granum hoc primòque ceu ſcapus fruticis parvæ aquifoliae ilicis: cufculum vocant, pensionem alteram tributi pauperibus Hispania donat. *Vſum ejus gratiorem in conchylia mentione tradidimus.* In antiquo nostro Vene olegitur omnes tamen has ejus dothes ilex ſolo provocat coco. Granum hoc, primòque ceu ſpæctes fruticis parvæ aquifoliae ilicis, quisquiliū vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniae donati. In vetustissimo Thuanie Bibliotheca ſcriptū eft codice: *granum hic primòque ceu ſcaptes fruticis parvi aquifoliae ilicis.* Corrigunt Turnebus & Salmasius. Granum hoc, primòque ceu ſcabies fruticis parvi, aquifoliae ilicis *cocſylium* vocant. Certè primò granum illud ceu ſcabies eft, cortici adhaerens; mox in granum rotundius extumefcit, è cinereo colore albicans. Hanc ergo lectionem probamus, ſed an, *cocſylium*, ſcriperit Plinius hæremus. In antiquo enim quisquiliū legitur. Quam lectionem probat Dalecampius: nam *Quisquiliæ Fefo*; quicquid furculorum, foliorumque cadit ex minutis arboribus, ac inde res quævis nihil. Cæciuſ.

— *Quisquiliæ volantes, venti ſpolia memorati modo.*

Nævius in togularia.

— *Ac deturba te ſaxo, quisquiliæ, (id eft non nauci.) non homq.*

Coccum ſcapis deraſum cadere, notum eft, inde quisquiliū appellarent. Hinc natum eſſe putat Ruellins, ut vefis coccina, literis per imperitiam interceptis, ſcarlata hodie vocetur pro quisquiliata. Sed hoc videant alii; quisquiliæ, ut dixi, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus furculorum, & foliorum minutum decidit. *σεινημα, οὐρφός.* Unde nomen venit, velut quicquid cadit. Certè non præter rationem videtur Dalecampii lectio, quæ & auctoritate antiqui codicis, & ratione jam allata confirmatur. Quisquiliū ergo vocarunt, quod ſtolonibus deraſum caderet: nec quisquiliū vocarunt, quod res eſſet nullius momenti. Cariflum erat granum, ſed quod primo aspeſtu, reſlevicula, ac nullius pretii videatur; cum, ſi uſum ſpæctes, pretiosiſimum fit. Illud tamen pro altera lectione multum facit, quod ilex coccigera hodie etiamnum Hispanis *cocſoia* vocetur. In voce hac barbara antiquæ lectionis veftigia videre eſt. Dicit porro Plinius coccum, pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniae donare. Notat Fefus. tributorum collationem, aliam in capite fuſſe, aliam in cenuſu. De priori loquitur Plinius. Cenus, tributumque ſoli pro modo facultatum & prædiorum imponebatur. Alterum capitum tributum, ex æquo ad Cræſum Irumque attinebat. Qui fundum habebat, fundus pro domino ſolvebat, qui agro carebat, non tenebatur eo. A pensione altera capitum nemo liber erat, ſed tam dives quam pauper ſolvere cogebatur, licet ne obolus quidem, quo illud tributum persolveret, ſuppereteret. Pauperes in Hispania, ad tributum capitum ſolvendum, coccum ex ilice coccigera decerpebant, atque inde corradebant, unde censum capitularem persolverent. Hæc eft quam Plinius hic vocat alteram pensionem tributi. Meminit hujus aut ſimilis tributi idem Plinius lib. 19. cap. 4, ubi herbas quæ in hortis

proveniunt, censum pauperum eſſe tradit, quia ex eo reditu pauperes extundebant unde pensionem penderent. *Mors enim certè aequabit, ait, quos pecunia separaverit.* Itaque, Hercule, nullum macelli vettigal majus ſuit Romæ, clamore plebis incitantis, apud omnes Principes, donec remiſſum eft portorium mercis buſus: *Comperitumque non aliter queſtuoſius censum haberi, aut tutius, ac minore fortune juve, cum credatur ea penſio pauperum.* Is in ſolo ſponsor eft, & ſub dio reditus, inperficiēſque caelo quoque gaudens. Videndum etiam, an granum hoc noverit Diſcorides. Describere videtur lib. 4. cap. 48. *κόκκος βαφική, γάρ οὐ ισὶ μικρός, φρυγανός, ἡ πέρισσειν τε οἱ κόκκοι οὐ φασκοῦσι, ἐκλιγόδοι οὐ ποτέ τετραγόνοι. Δέ τοι γέτεν τὸ γαλαπατικόν, καὶ οὐ δημιουργόν, ἵπτεται τὸν κατακείσθητον. Ισχάρην δὲ πιστοῦ οὐ τετραγόνη.* Coccum tintile, frutex eft, parvus ē crenuorū genere, cui grana ceu lentes adhaerent, quæ quidem exempla, decerptaque reponuntur. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia, denique in Asia & Cicilia, locum poſtreum obtinet quod in Hispania provenit. Idem Diſcorides ad finem cap. *κόκκος ἡ οὐ κακία εὐ τούς δρυοὺς ὄμοιος κακλία μικρός, λοι αὐτῷ γινόμενος τὸ σίμων ἀνατίγνωσι κόκκον καλεῖται.* Nascitur porro cilicum in querubus, exilis cochlea ſimilitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & cocum vocitant. Plura hic in considerationem veniunt. *Φρυγανός.* Quidam corruptum codicē existimant, & corrugant, *περιόδης*, vel, *περιοδής*. quod coccum tintile ex ilice spinosum decerpunt. In antiquo codice legitur, *κόκκος βαφική, γάρ οὐ ισὶ μικρός &c.* Ergo vox *μικρός* delenda. Nam *γάρ οὐ ισὶ φρυγανός* cum dicitur, ſatis intelligitur, parvum eſſe fruticem. *τὸν γάρ οὐ οἱ οὐρφάδης*, qui majufculi ſunt, & arbuscularum instar: alii verò *φρυγανόδης* humiles, & parvi. Non videtur præter rationem eorum lectio, qui *περιόδης* legunt. Nam ilici ſimillimus frutex, quin in ilicem, ſi grandis fieri permittatur, mutatur. Quare, vel ſcribe *περιόδης*, vel, ex veteris codicis auctoritate, dele *μικρός*. Vulgata tamē ſecutus videatur Serapio vel ejus interpres: ſic enim cap. 311. apud eum legitur; *Chermes eft arbustum quod administratur ad accendendum ignem, & eft mediū inter arborem & herbam, cujus rami ſunt multū ſubtiles, ſuper quos ſunt grana rotunda, ſimilia lenticulae, quæ colliguntur, & reponuntur, & conservantur, & conficiuntur ad tingendum.* Serapionis vel interpres ejus ævi codex Diſcoridis corruptus fuſſe videtur, quod ex ſequentiibus etiā liquebit. Quod enim ſequitur *εὐ οὐσία mendi* ſuſpicio non vacat. Armenia enim & Galatia Asiae regiones. In antiquissimo codice locus hic his verbis legitur; *Χίσητε γέτεν τὸ γαλαπατικόν καὶ δημιουργόν, ἵπτεται τὸ σίμων κατακείσθητον.* Aliis verbis uſus hic exſcriptor, eundem tamē quæ in vulgatis ſenſum ſervavit. Quare nec hæc probatur lectio. Serapio eft oveſia legiſſe videtur. Et melius granum eft illud quod defertur ex terra, quæ dicuntur Galates & Andabasi, & ex Armenia, & ſecundum eft illud de Siana, & deterius omnibus eft ab Hispania. Magis ergo eorum ſententia arridet, qui eft oveſia legunt, quam qui *εὐ οὐσία*, vel *περιόδης* ex Plinio reſtituunt. Nec placet eorum opinio, qui *εὐ οὐσία* pro Lidiæ accipient civitate. Illud certè mirum, quod Hispani coccum deterius ait, cum Petronius illud laudet. Quod etiam facit Plinius lib. 9. cap. 42. Vide infra.

Versus Petronii.

*Hesperium coccum laudabat miles: eadem
Quasitus tellure nitor certaverat oſtro.*

Coccum Hesperium vel Hispanum laudabat miles, eoque veftri cupiebat. Eadem tellure quasitus nitor oſtro certabat, id eft minim. *Ζενάτες ἡ οὐ κακία εὐ τούς δρυούς.* In antiquissimo codice legitur, *Ζενάτες ἡ οὐ οἱ κακίας εὐ τούς δρυούς ὄμοιος κακλία.* Antiqui codicis ſcripturæ hic vi- detur ſenſus. Cilicum illud coccum ſimile eft cæteris, eodemque modo colligitur, niſi quod bonitatis ſecundas, tantum obtinet. Præter illud coccum Cilicum, quod in frutice ſic appellato colligitur, in eadem Ciliciæ Provinciæ, mulieres, aliud nescio quid, in querubus nascens, ſublegebant, quod coccum vocabant. Hæc mens lectionis, quam vetus codex habet, quam ex doctiſſ. Salmasii in Solinum exercitationibus in mediū produxi. Vulgata verò lectio vult, *τὸν κακλίαν οὐκόν* eam eſſe, quæ in querubus Ciliciæ nascitur, ſimilis cochlea parvæ. Legunt doctiſſ. viri, *αἴτιον οὐρφόν, περιόδης.* In ſola ilice colligi granum tintile, notum ſatis. non tamē aufita codicem mutare, quod lectionem hanc ſecutus fit Serapio: *Repeſitum autem in arbore glandium interius Calchiæ animal teſtum, parvum, ſimile limaciis, & colligunt illud mulieres*

CUM

etim ore eorum. Ego vulgatam, ut dixi, servo lectionem, sed vocem dico, latè accipio. Supra dixi, dico nomine omnem arborem intelligi, præcipue quæ glandem fert. Videtur Diocorides intellexisse in arbore coccum hoc inveniri quæ glandem fert, sed de arboris facie, certi nihil accepisse; ideo maluisse voce uti, cui lata esset significatio. Frustra quandoque cogitavi, utrum coccum Cilicium esset galla nigra Theophrasti. Admodum fit verisimile Ciliciū coccum ab altero coquo statui diversum. Quorsum enim secundæ bonitatis notā habere traderet Cilicium, & mox idem iterum describeret. Quare antiquam præfero lectionem, & dico, in quercubus expono. Sequitur μέμαντον αὐτόν, οὐρανός, ore legunt. Absurdum hoc multis videtur. Corrigunt, θέση, astante. In antiquo codice legitur, ομοιος πολλίδια μητρώος ἐπει τὸ σώμαν αὐτῆς ἡ γυναικεῖα αὐτόν, καὶ κάκον πελέστη. Corrigit Doctiss. Salmasius, ὃ τὸ σώμαν αὐτόν γεγονός εἰσιν, ad tincturā, vel λιθοῦ ἡ γυναικεῖα αὐτόν, καὶ κάκον πελέστη. τὸ σώμαν idem quod τὸ βαρύμα. Si corruptus codex, hanc ceteris præfero. Illud dubitatione non caret, utrum codex depravatus. Certè si mendum, antiquum admodum est, quo Serapionis etiam aero laboravit. Hoc interim dicere ausim, vulgatā lectionem absurdam admodum videri, quod vix imaginari possum, quomodo ore collegerint coccum hoc. Illud etiam ridiculum, quod scribit Serapio, animal esse testosum, parvum, limacis simile. Quod priori loco describit Dioscorides, id est, quod vulgo coccum baphicum, & Kermes vocant officinæ. Quod posteriori loco describitur: si à priore diversum, quid sit, me nescire fateor. Videndum an coccum vulgare tintile à Pausaniam describatur, an vero sit ab hoc diversum. Apud Pausaniam hæc in Phocaicis leguntur, τὰς ἡ δύον πατέτου, ιδούς μὲν ἐπει τὸ ἄλλο εἴλιον καὶ, γελάτης ἡ ὁ ὄπις Φρυγίας φανῇ τῇ πετρᾷ σφιλαί δομαζόσιοι σύγχυτοι. Εἰς ἡ δύον τῷ μετρίῳ πάρυσι φύλαξ μελάντης μὲν ἐμαλακτερός, οὐ μέντις, τὸ μὲν ἄλλα επικάτω τῇ σύγχυτῃ περπάντος τὸ τριγύρην μετρίῳ οὐδέποι. Καὶ ταῦτα ἡ τοι εἰ τὸ περπάντος τὸ κάκον βαρύμα τὸν τοῦτο εἰ διφοίοις, εἰς τὸν πετράντον τὸ τριγύρην τὸ περπάντον τὸ κάκον τοῦτο πεινάτη φαντούσθαι, τοῦ ἡ περπάντη πεινάν τὸ τοῦτο τὸ κάκον κυνήγοντος συλλέγεται τὸ κάκον τὸ περπάντον η ἡ τοῖς εἰρηνοῖς τὸ βαρύμα τὸ μέτρα τὸ ξένιον. Fruticem ipsum Iones, reliqui Græci coccum, Galatae qui super Phrygiam sunt, patria voce hyssopus nominant. Crescit eadem magnitudine qua Rhambus, folio nigriore & molliore quam lentiscus, in reliquis lentisco similis: ejus fructus solani fructus similis, ervi magnitudine. gignitur in cocci fructu pusillum animal; id si maturo fructu in aerem exilierit, statim volucre sit, culici simillimum; verum priusquam concipiatur animalculum, cocci fructum legunt. Est etiam animalculi sanguis tingendis lanis utilis. Fruticem cum ait esse rhamni magnitudine, subintellige, si colatur. Nam, ut dixi, non permittunt incolæ grandescere, vel fructum ferre. Nam tunc coccum non fert. Quare incolæ quadriennies urere solent, ut proximo anno novella germina resurgere possint. Illud præter veritatē, lenticio similia esse folia. Corruptum esse codicē, admonuit Clarissimum Clusiū nobilissimum Iacobus Sufius, Græcē & Latinē linguae peritiūimus; veteres puta codices non habere κύπελλον & οξύα, sed πεπτόν & πεπτανα hoc est ilex & illici, pro lentisco & lentisco. Quæ sanè, ut rectè idem testatur Clusiū, lectio legitima est. Nam, quæ similitudo cocci infectorii cum lentisco? Facilis autem lapsus πεπτόν in οξύα. Quod simile illici dicat; Historico condonandum. Ignoravit fruticem hunc illicem ipsam esse; quæ si grandior evadat, glandem illicum fert, culturaque tantum ab altera differt, & folio spinoso, glandeque minore, amaro, calyce spinoso. Malè tradit esse molliori folio illici. Nam altera ilex glandifera, non est spinosa, & idcirco mollior. An scribendum μελάντης. Sunt minora, & nigriora? ideo Poëtæ nigram dicunt illicem.

Virg.

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Horat.

Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigra feraci frondis in algido.

An μελάντης legendum? Certè sunt magis spinosa. Alterutrum eligendum, nisi placeat, non vilam Pausaniam plantam, vel male ipsi de facie ejus relatum. Prius magis arridet; restituendum μελάντης. Illud etiam notandum, quod fructum solano comparat. Solani baccæ in racemis, aut potius umbellis dependent exiguis, per initia virentes, demum nigricantes, aut rubentes. Ignoro quæ similitudinem cum solano habeat coccum tintile; nisi quod solani instar rotundum sit. Nam quo ad colo-

rem non, rubet. An dicendum, comparasse solano quod tingat colore rubro, quale habet solani fructus? Sed haec auctoris mens non videtur. Cum solano comparat ac simile tradit de forma accipi debet, ac rotunditate, non de colore; Nisi placeat, in Galatia, ubi optimum provenit, rubere; contra in Hispania, ubi pessimum nascitur, coccum cinereum esse. Sed de hoc non constat, probandum foret. ὅργανον vocari scribebat. Objiciunt, si ὅργανον & κόκκον idem frutex, coccinum & hyssimum idem color erit. Quos tamen colores tota distinxit antiquitas. Plinius lib. 9. cap. 41. Quin & terrena miscere, coccoque tintile Tyrio tingere, ut fieret hyssimum. Coccum Galatæ rubens granum, ut dicemus in terrestribus, aut circa emeritan Lusitanie in maxima laude est. (Diogenes, viii. l. Hispanum scribit) Aperte coccum ab hyssino separat. Si cocco tintile Tyria purpura tingebant, ut fieret hyssinum, color hyssinus inter purpureum & coccinum fuerit oportet: ut autem ex coccino purpura supertincta fiebat hyssinum: sic purpureus color aliquando parabatur ex creta insecta, rubra radice quam ἑρπόδιον vocant, & hyssino. Vitruvius: Fiunt etiam purpurei colores infelix creta rubra radice & hyssino. Paulus quoque Iurisconsultus hyssinum à coccino distinguere. Quod si ad Græcos provocet Pansanias, domestico etiam testimonio suorum convincetur. Vetus epigramma Myrini nondum editum.

Τάν κέκα βαφέντε, καὶ υστίνοιο δέριστα,
Καὶ τὸν ταρδολιπτεῖς ἀλλοτρίες τλοκάμες.

Vestes messorias tintiles ex hyssino & cocco
Alienosque tortos crines nardo pingues.

Cum inter purpureum & coccinum hic color sit, non mirum, alios pro cocco, alios pro purpura hyssinum usurpare. Hesychius, βύσιον κάκην αὖτις τὴν σύγχυτην πελάμανθρον. Idem βύσιον interpretatur περφυσόν. Hyssinum magis ad purpuram inclinabat, quam ad coccum. Haec tenus viri doctissimi; quorum opinio Suidas munitur auctioritate, νόσην τὸ βάρυμα εἶναι τὸ κάκον βαφέντε καὶ υστίνοιο δέριστα. Ita locus iste legendus. Vulgo εῖναι & εἶναι. Videtur Myrini carmen esse, quod αἰνιδοτες viri docti vocant. Saltēm propè accedit. Pro Paulania illud tantum dicere possum; Hyssinum & coccinum auctores distinxisse, quod vulgare coccum maximè puniceum esset, Galacticum verò hyssinum magis ad purpuram Tyriam vergeret: ideo & hyssinum pro purpureo usurpare; coccumque pro loci ratione varios habuisse colores, ut supra dixi. Sed, ut doctissimi probant viri, Plinius, Vitruvius, Suidas, Myrinus de hyssino quasi tintura nota, ac diversa à coccino loquuntur. Illud tantum pro Paulania dicendum, non ex sua, sed Galatum sententia illud scripsisse. Sed in totum res diversa, νόσην & κόκκον, colorisque diversi hyssinus & coccinus, ille purpurens, hic Phœnicenus. Erant qui νοσηταῖσι, hyssino tintila, violacei coloris esse volunt. Nec fanior eorum sententia, qui hyacinthum esse volunt νόσην. Constat hyssinum purpureum, rubrum, aut cocci fere colorem habere; quod vel ex Hesychio loco supra citato non difficulter probatur. βύσιον κάκην αὖτις τὴν σύγχυτην πελάμανθρον. βύσιον περφυσόν. Bystis color qui pro hyssino usurpat. Bystina, purpurea dicuntur. Vitruvius lib. 7. c. 14. Fiunt etiam purpurei colores infelix creta rubra radice & hyssino, non minus ex floribus aliis colores. Nicander in Theriacis de aristolochia herba loquens, αἴθια οὐ νοσήσει εὐηθήτης. Floribus hyssino rubris. Aristolochiæ flores purpureos esse botanici omnes asseverant. Ad hunc locum scholiastes. νοσητον φυτόν ιτι ξενότε τὸ κάκον, οὐ γε νοσηταῖσι τὸ ιτι αὐτὸν βεβαιωθήσα. Hyssinum planta est ruffo colore, unde hyssino tintila dicuntur, quæ hoc colore sunt infelix. Utrum planta an alia re's fuerit νόσην, non satis constat. ξενότε expondere ruffum, rubrum, purpureum, Glossæ rubrum, πορφύρα, ξενότε. Polinus de fanicie conchylii, οὐ γε τὸ ιτι ξενότε τὸ ιτι αὐτὸν βεβαιωθήσα. Certum est, conchylii fanicie non esse luteum. Vide cap. de nardo. Hesychius. ξενότε, πορφύρα. Idem Suidas ξενότε καπιλλος ruber. Achyllis equum ξενότε fuisse tradunt antiqui. Certum est non esse equos luteos. Menelaum ξενότε, iidem tradunt fuisse. Nemo facile credet Menelaum luteum colore fuisse. Hoc quasi per transennam. hyssinum vel purpureum vel proximè ad purpureum accedere, ex Plinio etiam probatur. Hic lib. 35. cap. 6. scribit, laudari puteolanum purpurissum, potius, quam Tyrium, aut Getulicum. Causa est, inquit, quod hyssino maxime inficitur, cogiteturque rubiam sorbere. Vide locum Plinii supra

supra citatum, ex lib. 4. cap. 42. Errandi occasionem præbuit Plinius lib. 21. cap. 26. *Hysginus*, inquit, in Gallia optimè provenit. hoc ibi locorum *hysginum* tingunt. ita doctiss. legit Salmarius. Hujus lectionis vestigia habentur in antiquo nostro codice. *Hyacinthus in Gallia eximè provenit. hoc ibi loco *hysginum* tingitur. In vulgatis codicibus, hoc ibi pro *cocco* *hysginum* tingitur.* Non difficulter nodus hic solvitur. Confundit Plinius loco citato *hyacinthum medicum & Poëtarum*: *hyacinthus Poëtarum* purpureus; violaceus medicus. Cum inquit, *hysginum tingere hyacinthum*, id de Poëtico intelligendum. Quod de bulbo sequitur, id de medico accipi debet. Nemo nos novit. Plinius non raro cofundere ac perturbare omnia. Vide lib. 6. cap. de *hyacinto*. *Hysginus color purpureus, proximè ad coccinum accedens; in optima enim purpura nitor & austoritas cocci quærebatur.* Plinius de *bucino*; *Pelagio ad modum alligatur. nimisque ejus nigritas dat austoritatem illam nitoremque qui queritur cocci.* Idem lib. 21. cap. 8. ubi narrat tres in vestibus colores esse principales, quibus luxuria eos flores provocavit, qui colore commandantur. *Hos animadverto esse tres principales. Vnum in *cocco*, qui in *rosis* micat. Gratius nihil traditur aspectu, & in *purpuras* *Tyrias*, dibaphasque ac *Laconicas*.* Alium in *anethysto* qui in *viola*: *& ipse in purpureum quemque ianthinum (violaceum) appellavimus.* Genera enim tractamus in species multas sese spargentia. Tertius est &c. Notat doctiss. Pintianus in veteri codice sic legi, quia *rosis* migrante gratia nihil trahitur suspectu. Scribi, inquit, posset minus fortassis male qui *rufus* migrante gratia trahitur in species. Doctiss. Salmarius legit melioris libri auctoritate: *Hos animadverto tres esse principales, ut rubentem in *cocco*, qui à *rosis* migrante gratia: hic trahi: ut suspectu & in *Tyrias*, dibaphasque ac *Laconicas*.* Scribo, unum in *cocco*, qui in *rosis* micante gratia. (id est fulgente, resplendente. — *Micat ignibus Aether Virg. Æneid. I.* Idē lib. 10. Qualis gemma micat fulvū que dividit aurū.) *Hic trahitur in species, in *Tyrias* *purpuratas*, dibaphasque ac *Laconicas* &c.* Ita legendum verba hæc Pliniu ostendunt: genera enim tractamus in species multas sese spargentia. *Tyria*, *purpura*, *dibaphaque*, ac *Laconica* species erant cocci rubentis. Coccum ergo *τύριον* vocarunt Galatae, quod proximè ad purporam dibapham & Tyriam accederet. Mitto Paulaniam. Meminit Strabo lib. 3. Geographiæ *χαμαγέλας* *δρός*. *parvæ ac humiliæ quercus.* Quæritur, an intelligat fruticem qui coccum fert tinctile? Non potest, inquiunt, esse alia, præter illum quercini generis fruticem, qui *Σκούρη βαθυλίω* (ita loquitur Diocorides) dabat. Verba ipsa Strabonis videamus τετραται γε βάλλει δρῦν φυουμένην. τῆς δια μοτης, χαμαγέλαιη ποιη παπιπεπται δρυι, ἀδεσπατοι οι ειφρεσθεν καρποι. πάπιη ιητη στη γη πολλὴ φυι. τοι τηι ιονοκα, μέζης οι ιχθυοι μεταλλα, οι αι τελειας δενοι, ιειαρχιαν ι ει ταιρια τακενης ήτον. τοποτοι οι ειφρειη καρποι, οιτε μητη τηι ιχθυοι πληρηι τηι ποδολια ειναι, τηιηι οτις, Ει τηι οικης ηιλαοι οι ειναδησιν αι πλημμα. ι εις ηιηι ειλαστηι αι ει πηι μαλαοι εινειναι. λειψη ι πολυν. οι μητη τηι λατινης εικηπται τηι βαλλανοι πεντηι. ει μη ιρρε φηι η ι σπερδη φηει η ι πλησιον θερη ι πεντη. *Vescuntur glande querna (Thynni) que ad mire nascitur, humili planè in quercu, fert copiosum fructum.* (prægrandem) *Hæc arbor etiam in terra per Hispaniam frequens nascitur, magna radice, ut quercus perfectæ. A terra minus attollitur, quam humili aliquis frutex; tantum autem fert fructus, ut post maturitatem, littus maris intra extræ columnas oppleatur, eo alluvie ejecto: semper tamen minor invenitur, qua infra columnas nascitur.* Polybius tradit, hanc glandem ab Hispanis etiam in Latium usq; metti, nisi forte Sardia eam generet, & vicina loca. Calaubopus in M. SS. observavit legi, χαμαγέλαιη ποιη παπιπεπται δρυι: πολὺς οι ειφρεσθεν καρποι. Illud πολὺς ex glossa manasse non temere suspicatur. Quæ sane interpretatio melior est, quam interpretis; ι πολὺ enim indicare voluit potius quam τοι μητη. Scribe etiam ιειαρχιαν ι ιαμνη παπιπεπται ητον deleto ιη. Minus altè è terra attolli dicit, quam humilem fruticem quemlibet. ι οι ειρητης ηηλαιην. Senlus est: glans quæ reperitur inter Herculis columnas, est illa quidem minor, sed majori tamen copia reperitur. Hæc interpretatio placet doctissimo Calaubopo, non negat tamen, interpretis versionem verbis Græcis convenire, sed ita vertendum, inquit, quæ sequuntur indicant. Polybii verba, ex qua hæc habet Strabo, sunt apud Athenæum lib. 7. πολυτηρη οι μεταλοπολίται ι περιφηη η πειακοη η ισοελαιη η ι ιονηλαιη λυσιλαιης κεραις διαλειμηθεν φηει, οι βαλλανοι ειοι ι. βαλδοι ι τηι αιρετη ηηλαιηη πιφτυμηνη, οι ι καρποι ηηγμηνηοι τηι ιννοι μανιοι. Polybius Megalopolitanus lib. 34. hist. de Lusitania Hispanie regione tractans, scribit, in profundo mari quo alluitur, glandesferas quercus gigantes, qua-

*rum fructu Thynni vescuntur & pingue sunt. Multa sunt
quæ hanc plantam non esse ilicem coccigeram evincant.
Eodem libro paulo ante egit Strabo de ilice coccigera.
Præterea ilix cum humilis est, gerit coccum, grandior
facta glandem, neque prægrandem (si vulgatam ser-
vamus interpretationem; sed pusillam & amaram, ilix quæ
coccum fert, neque copiosam (si altera magis aridet
versio) sed paucam. Nec tam gratus hujus fructus, ut
opus sit in Latium ferre, Certè luaviores in Italia glan-
des reperiuntur. Humilem hanc querum, rectius dice-
rent plantam esse, quam C. Clusius roboris septimi no-
mine describit; Invenitur, inquit, & sepius quoddam
roboris genus (nisi quis ad querum referre malis) inter Rio
frio, & Aldea galega, non procul Ulyssipone, arenoso solo fre-
quentissimum, adeo humile, ut raro pedem altitudine superet.
Nusquam alibi t à Clusio observatū. Ejus ramuli tenues + Ita habet
& flexiles vulgaris quercus ramulis simillimi, folia ad autogra-
quintum genu accedunt, aliquantulum tamen molliora, phon, ve-
& majora: hoc fert glandem querum vulgari haud mi- rùm, vide-
norem, interdum etiam crassiorem, calice planiore, ad- tur deesse
modum amaram. Nec hanc querum Strabonis asserere particula,
autem.*

Ilex & *ixia* & *vipera*. Hoc Plinius, ut supra notavimus,
de buxo. De visco vide cap. 23. lib. 2. de causis. Viscum
in nullo ilicis genere observavit diligentiss. Carolus Clu-
sius, nec in Illice nasci puto.

Tiſſa & *mu* &c. Illud non omni ex parte verum. De
visco & hypheare jam dixi, coccum fert dum recens, ac
tenella est; glandem, quando grandior & adulta. Ergo
quatuor fructus simul, eodemque tempore non offendit. Si aliquando quatuor ostenderet fructus simul eodem
tempore, inter miracula referri deberet.

Smilax & c. De vocis *smilax* multiplice significa-
tione alibi egimus. Smilacem arborem ilici alteræ simili-
lem esse ait, at folia ei non spinosa, sed molliora, pro-
fundioraque *basim*, profundius incisa vult esse folia ilici
glandiferae. Ego nullum genus ilicis vidi, quod folia
habeat altius quæ coccigera incisa. Quare, vel corruptus
codex, vel, male faciem folii describit Theophrastus.
Corrigunt, & *dirigunt*, rectiora esse volunt, quam alterius
spinosa folia. quod neque ambitu incisa, neque sinuosa
sunt. Ego tale ilicis genus hactenus non vidi, nec nisi à
Lugdunensi descriptam audivi. Folio, inquit, lauri nec ser-
rato nec siliqu modo, in ambitu spinoso, superiori parte vi-
ridi, inferiore candicante, lanagineque obducto, quæ molli
tangentibus sentitur. Scribo *variatu* latiora. Nam la-
tiora sunt quam coccigerae folia. In verbis Theophrasti
illud consideratione dignum reperio, quod Theodorus
legerit *ad* *matutinam*, *non* *mu* *sed soluta*, *mollique*, inquit,
in opere. Videamus quæ Plinius tradit lib. 16. cap. 6. Il-
icis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ab oleo dis-
tant. Smilaces à quibusdam Græci dictæ, in Provinciis aqui-
foliæ. Ilicis glans utrinque brevior & gracilior, quam Ho-
merus acylon appellat, eoque nomine à glande distinguit &c.
Non multum, inquit, folio ab oleo distat. Hoc de spinosa
neutiqua non accipi potest, nec debet. A Mathiolo aliisque
ilex oleæ folio describitur: sed an ea, quam Theophrastus
smilacem vocat, quis ausit asserere? Alteri enim
ilici comparat, nisi quod folium mollius lariusc; vel (ut
vulgata lectio habet,) profundius habeat: spinosique ca-
reat. Atqui smilax oleæ folio, quam quidam phellodryn
existimant. Folia fert planè dissimilia, quæcum alterius foliis, nullo modo comparari possint. Nec utra-
que ilex smilax dicta, sed ea quæ spinis caret, nec quas
smilaces in Italia vocant, in Provinciis aquifolias vocant.
Ilex coccigera tantum aquifolia vocata fuit. Plinius cap.
8. lib. 16. fruticis parvi ceu agrifoliae ilicis. Idem cap. 23.
lib. 16. folia aculeata aquifolio, & ilicis generi. Nota ge-
nus ilicis quæ aquifoliae sunt, id est, aculeis prædicta ha-
bent folia, separari ab aquifolio sic absolute nominato.
Aquifolia ilix à spinosis nomen accepit. Falluntur,
qui putant hanc esse Plinius mentem, quas Græci smila-
cas vocant, eas in Provinciis appellari aquifolias. Non
confundit Plinius aquifoliolum ilicem cum smilace, quæ
spinas aculeosque non habet. Verba Plinius distinguenda,
& scribenda ex antiquis codicibus in hanc sensum: Ex
iis in Italia folio non multum ab oleo distabant, smilaces &
quibusdam Græci dictæ: in Provinciis aquifoliae sunt ilicis.
Glans utrinque brevior &c. Duo vult esse ilicis ge-
nera, utrumque describit: alteram ilicem esse in Italia,
cui folium oleæ non multum dissimile, ergo nec acu-
leatum: alteram verò in Provinciis reperiiri, & esse a-
quifoliolum id est aculeatam, spinosam ilicem, sic nuncu-
param, à spinosis & aculeatis foliis. Primum genus cuī
folium molle, neutiquam aculeatum à Græcis quibusdama
smilacem

similacem vocari scribit. Recte, à quibusdam. Nam Arcades hanc ilicem sic vocasse, auctor Theophrastus, οἱ δὲ φυλάρχαι δινδρον περιδιαγεγράπτον &c. Hoc genus in Italia nascebatur. Alterum quod aquifoliam ilicem vocat, ab aculeatis foliis, in Provinciis proveniebat. Sequitur *glans utriusq; brevior*, tam similacū scilicer, quam aquifoliārum ilicum. *Ilex glandifera* ad justæ arboris magnitudinem non raro assurgit, subinde pyro maloque non inferior. Materies huic firma solidaque, (quæ res facit, ut credam, non esse similacem Theophrasti) denfā admodum ac gravis, in atrum rubescens: ramis est multò frequentioribus brevioribusque quam suber, quos latè, aliarum glandiferarum more, diffundit. Folia perpetua, superne viridia, inferne albicania, gustu adstringente, quæ dum stirps tenella ac humilis est, glandem non fert, per margines feret, uti coccigeræ, sunt spinosa & aculeata: eum verò adulta planta est, & glandem fert, folia habet suberis, sed magis orbiculata, minoraque, ambitu quidem non nihil, sed minus quam roboris sinuosa, nullis spinis horrentia, nisi cum primum enatae sunt, justamque magnitudinem non habent. Multos in extremis ramis mense Majo fert oblongos julos, qui in flavos & muscosos flosculos, polline & tenui pulvere perfusos, expli- cantr. Malè & præter veritatem ergo Plinius lib. 16. cap. 15. nullo flore exhilarari scribit. Glandes è floribus non oriuntur, (sunt enim inutiles, verùm ex aliis quibusdam separatis pediculis, quernis glandibus si niles, calici spinoso inhærentes, nunc majores longioresque, nunc minores & breviores, quæ per maturitatem nonnullis locis nigricant, & gummi quoddam reddunt, gustu ca- lidum, saporis tamen non ingratii. Maturarum cortex sive putamē nigricat, nucleus candidus, firmus, & dulcis est, præsertim majorum. Utræq; tamen à nonnullis, teste Carolo Clusio, expetuntur, nec minus avidè iis ve- scuntur, quam castaneis aut avellanis. Hanc ob causam in foro Salmanticensi, aliisque Hispaniæ locis, venales mensibus Octobri & Novembri proponuntur. Ut non immerito dixerit Plinius, glandem per Hispanias secundiis mensis inseri. Viscum aut hyphear in nulla observarunt recentiores ilice; sed aliquando granum ex puniceo nigricans, in iis arboribus quæ frequentes nascebantur sylva illa, prope coenobium Grammont vulgo dictum,

Suber angusti folio.

Phellodryas. *Ilex oleaefolia Mathiolii.*

Miompelliano agro, & interdum in Boëtica, quæ habent tenuem & capillaceum muscum cinerei coloris è ramis de-

pendentem. Huc referri debet *ilex Londinensis duplex*, ab eodem Clusio descripta. Hac, inquit, *vix minorem* *Londinii observavi*, *multis & frequentibus ramis præditam*, *admodum fragilibus*, *in quibus confuso ordine & sparsim* *nascuntur folia*, *Hispaniae foliis similia*. Florebat sub finem Maii, paulò serius quam in Hispaniis, & glandes primū emergentes habebat, quæ an maturitatem consequantur, ipsum fugit. Altera etiam vastæ magnitudinis, sed cum su- periore non conferenda, licet adeo crasso esset caudice, ut nemo amplecti posset. Hec à supiore nonnihil differre visu est. Nam minora & magis orbiculata habebat folia, buxeis interdum non ampliora, nullis aculeis horrentia, alioquin subtus incana, & superne virentia, ut prioris folia. *Ilex oleæ folio*, quam quidam phellobrym existimat, de facie & foliis ilicem quamquam dixeris, ipsum autem lignum mollius & laxius ilice, sed foliis incisura serrata castanæ, non quercus; oblonga etiam instar oleæ. Reliqua effigies ilicis, minor tamen quernis, major lignis: nonglan- dibus, sed aculis exilioribus & oblongioribus prædicta. Proxime hæc ad similacem accedere videtur.

Φελλόδρυς. Quod Arcades inquit, phellobrym vocant, natura est inter ilicem & quercum media, atque adeo ilicem fœminam quidam esse putarunt. Hæc Theophrastentia. Nomen tamen si spectes, factum ex subere & quercu, phellobrym, id est, suberiquerum, naturæ su- beris & quercus potius participem esse dixeris. A Doris οἰλέας vocari tradit Basil. & Ald. codex: ἀργια scriptum est, quomodo etiam supra cap. 6. legitur. Et hæc vera lectio. Hesychius ἀλεξα φύτον ἡ αργια. Infra eodem hoc cap. 16. suberem glandem ferre, ait, οὐειον ἀργια.

Καὶ τὸ χρῶμα &c. Vertunt colore ligni decorticati, can- didior ilice, fulvior quercu. Typographi non Theodori mendum puto. Scribe. color ligni decorticati, candidior ilice, vinosior quercu. Color vinosus qualis, docet Arist. lib. de coloribus cap. 2. εἰσόπον τὸ οὐαπόν χρῶμα γίνεται ἐπι- ακροτερον τοῦ μελανοῦ καὶ σιλβωτον καρδιῶσιν αὐτῷ περιειδεῖς, αὐτῷ δὲ οὐ περιειδεῖς πάγες; Εἰ γὰρ τέταν οὐαπόν φαίνεται τὸ χρῶμα εἰς τὸ πε- ματώδη, μελανούμενον οὐ τὸ φωνικὸν εἰς τὸ αλεπρόδη μεταβάλλεται. Sicuti cum color vinosus efficitur, si splendor aëreus puro ac minimè diluto nigro eodemque coruscanti temperetur, qua- les bōtriorum acini, quorum plane color vinosus agnoscitur, cum maturescat: nam deinde nigrescentes puniceum ha- bent; quem postmodum in ἀλεξησ. commutant. Αλεξησ Plato in Timaeo ait esse rubrum cum albo nigroque per- mistum. ιψήρη μελανον λευκόν καρδιῶσι. purpureum sive pur- purissimum vulgo exponunt. Διπλός αὐτὸς καὶ τριπλός, quod è con- cha marina purpura colligatur. Nam arcus cælestis pri- mus color est φωνικός id est Phœniceus; secundus αἰλυρός, id est, purpurisseus, & πορφυρός, id est, purpureus. Sic Budæus ex Plitarcho de placitis. Hesychius ἀλεξησ πορφυ- ρόν. αἰλυρόν πορφυρόν. Suidas ἀλεξησ. θαλασσοπόρφυρον. Nam αἰλυρόν splendore dilutior. Vinosus color, ex luce aerea, puroque constat nigro: fulvis vero color est rufso obscurior, qualis leonum color, vulpisque dorsi.

Tετράγωνον φύλακα, Folium, inquit, quercum & ilicem refer- re. Ilicem intellige spinofatim; supra enim lib. 1. cap. 16. inter plantas quæ spinosa ferunt folia, numerat phellobrym. Ex hoc loco colligere licet, ilicem oleæ folio non esse phellobrym. Spinis enim hujus folium caret. Hac de causa quæ à Mathiolo & aliis ostenditur phellobryos nomine, non erit Theophrasti phellobryos. Quinque hu- jus genera observavit Lugdunensis. Prima, inquit, foliis altera parte albicanibus, angustis, longiusculis, crebris admodum & non profundis incisuris crenatis, leviter asperis potius, quam spinosis, cortice cinereo, glande, cum matura est, ex fusco flavescente. Hæc videtur esse Mathioli phellobryos picta, sed non descripta. Alteri folia altera parte candicantia, latiora sunt, raris laciniis, sinuosa, mollier aculeata: cortice, maturaque glande, ex atro rufescente. Tertia phellobryos est, cui folia sunt mediocris amplitudinis, nigricantia, sive obscuræ viridi- tatis, non adeo multis, neque profundis laciniis sinuata, mitius pungentia, calyce glandis laevi; glande ipsa ex fusco flavescente, cortice cinereo. Quarta foliis est latissi- mis similiter nigricantibus, crassis, frequentioribus in- cisuris, valde spinosis, glandis calyce laevi, cui matura & cortici idem qui & superiori color est. Harum omnium glans strigosa est, & tenuis: calyx non spinosus, sed, ut in queru, tuberculis verrucosus. Postremum phellobryos genus folia superiore minora habet, pallida, mul- tū laciniata, valde muricata, aquifolii modo, calycem glandis echinatum, glande cæteris similem, corticem cinereum. Hæc genera in collibus Rhodano vicinis, aut non procul ab eo dissipatis provenient. horum nullum,

quod sciam, vidi genus, grates maximas agam, si quis ramulos fructusque miserit.

Κόμαρος dicitur πεπλητής τῶν κυρίων σὺ τὸ χειρῶν αἴρειν, quod
comam sive cacumen byceme viride obtineat. Theophr. lib. I.
cap. 15. Δεῦται ἡ ἀδερφὴ καρπὸς ὁ σιναρός πάντα φυλλοβόλειν,
πάντας τὰ ακριβούσαν αἵει φυλλαὶ ἔχειν. ιππίφειν οὐδὲ αἱ τές ακρι-
μονας. Adrachnes & arbuti folia inferiora cadunt, superiora
verò perpetuò virent, ramosque semper aggernerant. Quod
de arbuto scribit, id recentiorum constat experientia:
Sed cur cacumen tantum viride servet duplex videtur
esse ratio. Prima, quod succus alimentumque, ad exti-
mas mittatur partes. Et hæc causa, cur infima folia
primum decidere soleant. Altera ratio; quod natura, ali-
mentum, quod in aliis perpetui-foliis plantis inservit fo-
liorum conservationi, consumat, & utatur in novis pro-
ducendis ramis. Οὐαγρος arbutum expono, (quod nulli
arborum conveniat præter arbuto: alioquin οὐαγρος pro-
priè vitiis folium. Hesychius οὐαγρος τὸ τῆς ὄμπης φύλλα.
Idem Suidas. Οὐαγρός dicta hæc arbor videtur, quod
vini instar, si plus iulstò fructus comedatur, vapores e-
mittat, quibus cerebrum lædit. Galenus ιστὶ κυριότερα καρποί
καρποφαλαλγίης. Asclepiades apud Atheneum οὐαγρος μητρα-
κύλων, οὐαγροποιεσσα ipse appellari tradit. οὐαγρος παρθέ-
ται πολλοῖς λεπτοποιεσσα καρπὸν οὐαγρος βαρεύει τὸ πλούτον φύλλων, καὶ
αἰλυγεῖ πλησι. Dioscorides lib. I. cap. 175. κυριότερα καρποί οὐαγρος
αἰλυγεῖ πλησι. (ita legendum, non καρποφαλαλγίης) stomachο ad-
versat, capitulique dolorem excitat. Suidas οὐαγρος, fe-
minino genere arbustum, masculino cotinum, id est, olea-
strum significare docet. οὐαγρος θυλακός, δρυποκός ἡ οὐαγρος,
εἶδος ἡ δένδρου πολύτιμη. Apud Atheneum lib. 2. in mascul. gen:
legitur, cum sit fœmin apud Theophrastum.

Συκάμινος ορθός Φέρει
· Ο πείνα ακύλετη, ο ιόμαρτζη μηταίκυλα.

*Quod vides, morus mora fert
Ilex acylos, arbutus mimæcula.*

Θεόφανος. οὐ μέμφεται τὸ μαστίκυλον φίγεσσι τῷ ἴδιῳ μονο-
Theoph. *arbutus mimescum, fructum qui edendo est, generat.* Tam in masculino quam in fæminino genere pro ar-
buti fructu usurpatur. Latinis *arbutus* dicitur. Virgilius
arbutum prò fructu neutro genere dixit, arborem fæ-
minino, *Contrá Horatius fructum fæminino.*

Virgil. ecl. 7.

— Dant arbuta sylvae,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.

Horat. oda 17. ad Tyndarum.

*Impune tantum per nemus arbuto
Querunt latentes.*

Ἡ τὸ μεμακινύλον Φίσουν &c. Quomodo hæc vox scribi
debeat, inter doctos disputari solet. Variè admodum
apud antiquos auctores scribitur. In nonnullis codicibus
μεμάκινύλον legitur, in aliis μεμάκυλος, in quibusdam μεμ-
πολον. Alibi μεμάκινον, μεμάκινόν, διμεμάκυλον, μεμάκινον-
λον, μεμάκηλον, μεμάκινόν, μεμάκυλον. Veram lectionem
apud Athenæum & Eustathium habemus, apud hos με-
μάκηλον. Hæc probatur alphabetica serie. Hesych. apud
quem tamē μεμάκινόν fine diphthongo scribitur μεμάκυλον
(Scribe μεμάκινλον) ἡ κρήπη τοῦ καρποῦ (& apud hunc in
masculino genere scribitur, & exponitur arbutus) εἰδεῖ
οἱ μετόποι μεμάκηλον τυπόν. Mimaculum fructus arbuti, est in-
star mespili parvus rufus. Contra apud Pollucem lib. 7.
cap. 3. in secundino genere scribitur. ὅπικιδεις μέσοις καρποῖς
μεμάκηλον, μεμάκηλα (Scribe μεμάκειλα) ἡ ὁρίζουσα. Plinius
unedonem vocari tradit lib. 15. cap. 24. Aliud corpus est
terrestribus fragilis, aliud congeneri corum unedonis, quod sol-
lum pomum simile fructui terre gignitur. — Pomum inho-
norum, ut cui nomen ex argumento sit, unum tantum eden-
di. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comarum
& memecylon: quo appareat totidem esse genera & apud nos.
Alio nomine arbutus vocatur. Quaritur, utrum arbuti
fructus unedo dicatur? Επιμηλός fructus sic vocari tradit Galenus lib. 3. de alimento. facult. cap. 38. Εἴδεις
επιμηλίδας φέρεται καλεῖται δέ κατὰ τὴν ἀνατολικὴν λίβην lib. Tr
simpl. επιμηλίς οὐτε εἴδεις τοῦδε τοῖς ιταλοῖς αργοῖς καλεῖται,
τις δὲ οὐτε γένει μηλία. Epinelis que etiam ab Italis rufescens
vocatur unedo, est quasi malus sylvestris. Idem Aegineta.
Galenο addictiores sunt viri doctiss. ac quidem eum
horum εὐρύτελον fuisse credunt; Plinius vero non adeo
curiosum circa has res, ex Græcis tantum transcripsisse, &

in his vélut in aliis multis, rem non esse assecutum. Sed responderi possit: Plinium melius scissé quid unedonem appellarint Itali sui, quam Galenum, hominem Græcum. Et unedonem esse *μητρίνιον*, hoc est arbuti fructum, non difficilē foret probare; supra *ἰππαλίδη* diximus genus esse mespili. Nullum ex iis καρποῖς, quod de epimelide tradit Galen. ὁ καρπὸς οὐ θάμνος τούτου καρπός αὐτοῦ περὶ κεφαλαιῆς ἐσάχεων. Αἴγινη ἡ καρπὸς ερυθρὸς μήτρα καρποφόρη, καὶ κεφαλαιῆς. *Fructus adstringens* quidem est, verum stomacho adversatur, & caput afficit. Hoc de arbuto Dioscorides, etiam Galenus, ut verba supra citata testantur. Ex quibus diversas arbores *ἰππαλίδη* & κόμματα, esse constat. Quod de epimelide scribit, de mespilo, quæ & epimelis, intelligi non potest. Ergo diversa planta. Dicendum *ἰππαλίδη* arbustum eandem arborem, sed pro soli ratione, & magnitudine & fructu differre, Bellonius lib. I. observ. cap. 44. tradit, in vallibus montis Atho (veteribus adeò celebrato) vicinis, arbutos nasci vastæ magnitudinis, cum alibi duntaxat fruticent, ut minus mirum videri debeat, si Iuba (referente Plini. loco citato) quinquagenū cubitorum in Arabia eas esse, auctor est. In fructu non minorem recentior *āetas* observavit differentiam; Alius enim, teste Cæsalpino, parvi mali magnitudine, rubore magis nigricante, mollior & suavior, in mediterraneis: alius avellanæ magnitudine, flavior, & asperior, in maritimis tractibus. Primum genus epimelida vocavit, alterum κόμματα. Verisimile admodum, utriusque fructum unedonem vocatum, quod latuit Galenum. Palladius in Novembri non epimelidem sed hypomelidem vocare videtur. Locus est in Decembri cap. 4. *Hypomelides poma sunt* (ut Marcialis assertit) *sorbo similia*, mediocri arbore nascuntur, & flore candidulo, dulcedo huic fructui cum acuto sapore, commissa est. seritur mensē Decembri, nucleus in vaseculis positis. In antiquissimo codice Regij excuso anno 1498 legitur. *Iponmelides poma sunt* &c. Inde conjicio, scribendum ipponmelides. Sic Galenus duobus locis admodum diversis, sic Aegineta. Sorbo, cum inquit, fructum similem esse, inellege colore & forma; quanquam frago similius videatur. Illud obstat videtur, epimelidem vel h̄ hypomelidem non esse arbustum, quod nucleus seri referat; cum Dioscorides αἴγινης dicat κούφης πορτών. In arbuti fructu μητρὰ non reperitur, sed exigua tantummodo semina. Dicendum, vel hypomelida diversam ab arbuto, vel Palladium nucleus pro semine, vel minuto grano usurpasse. In a-cino enim (quem aliquo modo arbuti fructus refert) nucleus minutum granum, vulgo vinaceum vocant. Plinius lib. 23. cap. 1. *Vva passa quam astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis, nuclei essent, iis exempli vesica urilis habetur.* Hac si nucleus significatione sumatur, nihil obstat, quo minus hypomelis sit arbustum. Athenæus lib. secundo, ab Asclepiade Myrmelano chamæceratum vocari tradit. ἀσκληπιάδης δὲ οὐ μυρμελὸς χαμακεράθρον τυπὸν καλῶν δένδρον, ἐφιέστος, εἰ τῷ βεντυρῷ γῆ λέντει οὐ γαμμισθέσθω, οὐ μὲν ἡ πίτα εἰσὶ μητράλεια ἀλλὰ εὖ τὸ διάδρομον, ἀλλὰ τὴν φοῦν ιστον. οὐ δὲ καρποῖς τὸ μὲν ἀλλὰ πίταλον ὄμοιος, τέσσερις πεπονιέντες, περὶ δὲ τὸν πίταν βαρύτερες τε τών κεφαλῶν ηγή ἀλλογενῶν πίτησι. ταῦτα οἱ αἰσκαπταῖς, φυσι, μετὰ δεκάτη λίγευν πολὺ μητρικάλαν. Asclepiades Myrleanus arborem quandam chamæceratum nominans in agro Bythiniæ chamæceratum gignitur, inquit, radice non magna, quin nec ipsa arbor magna est, sed rosæ pars: cetera fructus omnino similis ceraso, quo lariore siquis utatur, non aliter quam vini potu caput dolet, & grave est. Hac quidem Asclepiadē scriptissime puto, de mimæculo, id est arbuti fructu. Fallitur, inquit, Athenæus tractationis hujus imperitus; falluntur ipsi, cum scribunt, hanc chamæceratum à Mathiolo, eo nomine describi. Nam chamæcerati Mathioli fructus caput non tenteret, nec gravat, saltem nemo id observavit. Scio, raro nec nisi a rusticis comedī, sed id non fit, quod caput tentat, verū, quod plus osis quam carnis habeat, quodque cum acerbitate amarus sentiatur. Ad Plinium redeo. Arbuti fructum unedonem vocari tradit. Nomen *impositum*, inquit, quod unum tantum pomum edi liceat, alioquin caput tentaret. Athenæus caput tentare scribit, si plura quam septem edantur. Codex corruptus admodum, sic vulgo legitur. οὐτὸν φίσει κατὰ δένδρον τοῦτο, ηγή δὲ τὸ οὐτό τοῦ καρποῦ φαγεῖ κεφαλαιῆς μετεῖ. Scribendum videtur, ταῦτα οἱ αἰσκαπταῖς, φυσι, μετὰ δεκάτη λίγευν πολὺ μητρικάλαν. ταῦτα γέ τὸ διάδρομον φίσει καρποῖς τοῦτο, ηγή δὲ τὸ οὐτό τοῦ καρποῦ φαγεῖ, κεφαλαιῆς μετεῖ. Hac quidem Asclepiadē scriptissime puto de mimæculo, id est, arbuti fructu. talem enim fructum illa gignit, ut qui plura quam septem ex ea poma comedere, capitū dolore vexetur. Dioscorides & Galenus stomacho & capitū quidem ad-

versari scribunt, sed numerum, quantitatemque, qua id praestant, non addunt. Non videtur ergo versimile, nomen impositum, quod unum tantum liceret commedere fructum. Exiguum enim pomum, & nisi sit deleterium, citra noxam non plusquam unum edi posse, parum probabile. Nomen unedo à majoris Græcæ incolis translatum in Latium, scribit Clariss. Salmasius. *κρεπός οὐιζωρ* illis vocabatur arbuti pomum, à vineo gusto quem habet (immo facultate & potentia) Nam & οὐαρά Theophrastus appellat τούτο κυδώνη. Asclepiades apud Athenæum *μακρύλων*, que γαμαρέσσον ipse appellare tradit, δέ (verba supra citavi.) πηπον. Inde igitur οὐιζωρ, est unedon; nam & unus similiter ex Greco οὐαρά qui μένον significat. zeta in delta mutari Latinis tralaticium est. λαξοί Ladi, βαξω vado, ζω, odo & postea oleo. Hanc nec probo, nec improbo opinionem, verum judicio lectoris relinquuo. Fortè nomen unedonis impositum, quod solius arbuti fructus, inter arbores, noxam capitini inferat, cerebrumque lœdat. Hæc, inquiet quis, plane sunt contra Theophrastum; immò sunt, qui aliam οὐαρά à Theophrasto, aliam à Dioscorid. delineari scribunt. Sed de hac quæstione postea. Non scribunt contraria Theophrastus ac Dioscorides. Nihil enim impedit, quoddam esse eius aptum, & tamen caput tentare. Quid vino nobilior? attamen si largius sumatur nocet capiti. De arbuti fructu tradunt Amatus, & Clusius, à multis in Hispania avidius quam par est comedendi. Atheneus, inquit Clusius, scribit, ei qui plures septem arbuti fructus ederit, caput dolore vexari, longè tamen plures ab aliis devorari observabam, cum per Boeticam & Lusitaniam, Vlyssiponem profecturus, iter facerem, & ipse multos edi sinu ulla noxa. verum quidem est, non adeo grati saporis esse fraga: attamen à tenuis fortunæ hominibus valde expetitus est, ideoque Vlyssipone & aliis quibusdam locis venalis à rusticis mulierculis in foro proponitur. Pergit Plinius. Duobus tamen nominibus hoc appellant Græci, comarum & memecylon. Negligenter & incitè mimæcyion fructum cum comaro sine arbore sua confundit. Arborem Theophrastus οὐιζωρ, fructum μακρύλων vocari tradit. Phavorinus, ut supra cap. de ilice notavī, arbuti fructum ακυλων vocari tradit, quomodo ilicis propriè vocatur.

Εἰ μὲν ἡ σταύρωσις μίζα &c. Pro regionum, ut dixi, varietate, vel grandior sit, vel humilior manet. In monte enim Atho vasta magnitudinis arbor est. Bellonius loco citato Arbuti verò quæ alii in locis, plerumque duntaxat frumentant, ingentes istic sunt arbores. Pumila arbor magna ex parte arbutus est, cotoneæ malis (cui hanc Dioscorides comparat) magnitudine, plurima parte satis assimilis. Non raro frutex manet, ut rectè Plinius fruticosam dixerit arborem, frequentibus est etiam ramis, quorum summitates rubescunt.

Τὸν φύλακα &c. Diosc. lib. I. cap. 157. οὐιζωρ διέδρον τοιούτου κυδώνης, λεπτόφυλλον. Arbutus arbor cotoneæ malo assimilis, tenui ferens folium. Theophrastus non folium, sed corticem tenuem dixit. Sanè, tantum abest, ut tenui sit folium, ut laurino etiam & ligno crassius conspicatur: Hæc causa, cur quidam arbutum Theophrasti à Dioscoridea differre arbitrentur, cum unam eandemque describat uterque arborem. Alii corruptum codicem scribunt, quorum opinionem non improbamus. Corrigunt, παρόμοιον κυδώνηα λεπτόφυλλον: quasi id genus malo cydoniae intelligat, quod minora & angustiora habet folia. Idem tamen, ut fatentur, sensus è vulgata elicetur: penè simile esse cydoniae malo, nisi quod non tam lata habeat folia. Et sane non multum dissimilia sunt cydoniae malo folia foliis arbuti; nisi quod illa incisuras per ambitum non habent. Notandum, inquit, Dioscoridem παρόμοιον dicere τὴν κυδώνηα non οὐοιον, aliquatenus simile, non simile. Multa hic observatione digna. Rectè παρόμοιον, assimile, quadantenus simile exponunt, & hoc diminutionem denotat. παρόμοιον ergo παρ' ἀλισθούσιοιο οὐδὲ παρόμοιος. Sic Theophrastus paulò infra de aðrachne, παρόμοιον ἐπὶ τῷ φύλακον οὐδὲ ἀδεσχητὸν τῷ κυδώνῃ. παρόμοιον dixit, quod ferrata sint per ambitum arbuti folia, incisuris carent adrachne; λεπτόφυλλον. κυδώνη legunt, & exponunt, quod minora & angustiora habet folia. Ergo λεπτόφυλλον idem quod τενόφυλλον, λεπτόφυλλον δὲ φυλλον quæ tenuia, id est, angusta habet folia. Sed nondum vidi cydoniae genus, cui folia tenuia, angusta, neque hanc cydoniae differentiam ullus recentiorū, quod sciam, obseruavit. Sed quæ similitudo cydoniae cum arbuti foliis? Cydoniae folia subrotunda sunt, veluti vulgaris pomi, sed paulò angustiora, laeviora, carnosiora, duriora, superna parte virentia ac glabra, prona verò mollia & albicantia. Arbutus foliis est latis, oblongis, laevibus, ferratis per ambitum lauri vel ilicis æmulis, è virenti colore

pallidis. Non solet Dioscorides subrotundum, oblongo comparare, nec serratum non serrato, nec latum angusto. Insuper pars prona arbuti omni mollitie, ac canitie, qua cydoniae præditum folium, caret. Sed forsan Dioscorides andrachnen pro arbuto descriptis, quæ & flore & fructu, & foliis, totaque facie adeo cum arbuto convenit, ut vix possit altera ab altera internosci. Andrachne tantum folia ferrata non habet ut arbutus, & cortice est quam hæc levior. Andrachnes etiam non meminit Dioscorides, quasi illam sub arbuti nomine comprehendenter, Ideoque & fortasse andrachnen apud Theophrastum duobus in locis unedonem vertit Plinius, id est, οὐιζωρ. Mera, inquam, hæc calumnia est, Dioscoridem botanicorum facile à Theophrasto principem, non potuisse arbustum ab adrachne distinguere, ejusque vicinitate fuisse deceptum, non sit verisimile. Corruptus est codex. Matthiolus apud Oribasium non λεπτόφυλλον, sed λεπτόφυλλον legi scribit, quod de arbuto testatur Theophrastus. Scribe: οὐιζωρ διέδρον τοιούτου κυδώνηα λεπτόφυλλον &c. Arbutus cydoniae aliquatenus similis est arbor, cortice tenui donata. Alsimilis cydoniae, non forma, sed magnitudine, & quod utriusque ramuli superiores rubent. Non tantum tenui cortice arbuti caudex ramique majore vestiuntur, verum etiam satis scabro & aspero.

Tò ἐπὶ φύλακον &c. folia nullo ordine, & temere nascentia ramulos ambiunt, lata, oblonga, laevia, per ambitum serrata, splendentia, lauri vel ilici æmulula, è virenti colore pallidula.

Αὐτὸν &c. Non tantum florem, sed tempus etiam quando floret describit. Floret, inquit, mense παντοφύλακον. Vertunt, Iulio. Suidas παντοφύλακον. οὐρανοῦ μήνες καὶ παντοφύλακον. Λυκόβροντος εἰ τοῦ καὶ μεταπλήσιος. καὶ ἡμέρας παντοφύλακον τοῖς τοῦ οὐρανοῦ καλλίστην. οὐδὲ δὲ λαβούσια παντοφύλακον, οὐ πάντας εἶδον τὰς παντοφύλακον τῆς φύλακον. id est, παντοφύλακον nomen mensis, dicitur παντοφύλακον. Lycurgus in Libello παντοφύλακον, id est, acies interstitione. & nos παντοφύλακον illud festum vocamus, quod aliis Græci παντοφύλακον, quia fructus omnes jam maturi & confessi conspicuntur. Plutarchus in Theseo. Συγκριόντες διάφορα παντοφύλακον εἰδούσια. Dum vindemia comportatur octavo die παντοφύλακον incipientis. Hæc satis ostendunt, παντοφύλακον non esse menem Iulium. παντοφύλακον quintus Atticorum mensis. Primus ipso Solstitii astivì die incipiebat. quintus ergo 22. Octobris die. Verto quando sol est in signo Scorpionis. signis Zodiaci antiquissimorum Atticorum menes respondebant, ut supra ex Galeno Ostendit.

Arbutus castor Durant.



Quibusdam in regionibus sero admodum flores erumpunt. Iulio, Augusto, Septembri mensibus, forte in Græcia Octobri. In Boeticæ & Lusitaniae multis semper ferè aut florens, aut fructu onusta conspicitur. Immò interdum utroq; abundans. Solet enim deciduo flore, novum germen extremis ramis proferre, in sponsonē alterius floris,

Quod Theophrastus etiam observavit lib. I. cap. 15. Theophrastus, cum *παντάς* mense florere scribit, vult opinor, sero admodum florere, etiam tum, quando reliquarum arborum folia cadunt. Vel, sensus esse potest, tum iterum novos emittere flores, quando folia cadere

Arbuti ramus cum flore.



solent, eoque demonstrare, semper flore onustum conspicere. Sed hoc affirmare non ausim. Eleganter admodum & accuratè florem describit *δέοντας*, inquit, *χρυσάρες*. Budaeus, ut etiam monet doctissimus Constantinus, *χρυσάρες* legit. *Κειμῆπεν* *ναντερναῖς* *οβσόνιον* *ρελιγίου* *δεστινάτην*, *καὶ* *πεντίλιον* *ρεπόντιον* *ρεπόντιον*, *διὰ* *τὸν* *πεντίλιον* *εἰς* *αὐτὸν* *πεντίλιον*. *πρινεστέρα* *κριθεωτρα*. *Astronomica* & *Geometrica* *instrumenta* *penititia* sunt, ut docet interpres Aristoph. in illud in *Nebulis*. *ποτίπον* *δέοντας*, *τὸν* *χρυσάρες*, *δέοντας*, *τὸν* *καρπόν*. Sed apud Theophrastum, ut monet doctiss. Constantinus, significat, multifidum pediculum, quo fructus appenduntur, flores extremis ramis, singulari appendice, racematum cohaerent, albi, una parte qua soli obversi sunt, non nihil purpurascentes, concavi, liliū convallium floribus perfimiles. Sunt hi parvi, rotundi, hiantes, per oras denticulati ac reflexi.

Καρπόν *δέοντας*. Vertunt vel *carnius Doricus*; quid sit *carnius Doricus* nescio. Suidas fæltum quoddam esse scribit. *καρπόν* *δότινον*, *καρπόν* *δότινον* *τὸν* *εορτὴν* *τὸν* *δότινον* *μετονομάσιον*. hoc nihil ad arbustum. Scribe, *καρπόν* *δότινον*, *καπιτέλλον* *Doricum*, vel, *κιονόφρον*, vel *κεφαλόν* *τὸν* *δότινον* *κιονόν*, *summitas* vel *caput columnæ Doricæ*. *Epistylium* vocat Vitruvius & *capitellum*, apud Pollicem *κιονόφρον*, *αἱ κιονοφροὶ τὰ κιονῶν*. *Capitello* *columnæ* non ineptè flos deciduus comparari potest.

O *τὸν* *χρυσόν*. Hæc Plinius in hunc reddidit sensum. *Fruitus* anno maturescit pariterque floret subnascens, & prior cogitur, (lego ex antiquo codice coquitur, id est, inmatu- relcit, ut Botanici loquuntur.) Mas sit an foemina sterili, inter autores non convenit. Miror Theop. fructum non delineasse. De eo hæc refert Dioscorides *περὶ τῶν* *χρυσῶν* *καὶ* *κρητικῶν* *μύρων*, *ἀπόγλωττον* *μυρινύλον* (ita legendum supra docuimus) *κατεύθυντον*, *πεπαγένθετον* *εἴτε* *τετράκιστον* *εἴτε* *εὐθὺρον*, *εἴδιόθυντον* *ἀχυρώδες*, *κρητικῶν* *μύρων* *τὸν* *καὶ* *κιφαλαλγῆς*. (Scribe *ἀχυρώδης*, si non & hoc verbum corruptum & *κιφαλαλγῆς*: nam ad *κιφαλέρην* *κρητόν*, hoc est, arbuti fructum verba hæc referenda sunt.) *fructum* *profervens*, *pruni* *magnitudine*, *nuclei* *experientem*, cui *mimaculo cognomen est*, *qui* *que* *ubi* *matu-*

rit *subfulvis*, *aut* *rubicundus* *conspicitur*, *in* *efu* *acerosis*, *stomachō* *is* *adversatur*, *capitisque* *dolorem* *excitat*. *Vox* *ἀχυρώδης* *furfureus*. Arist. in problem. *τὸν* *ἀχυρώδην* *τὸν* *ἀλσίαν* *διακαίεται*, *quantum* *in* *farina* *est* *furfurum*, *maxime*, *deuritur*. Nihil furfurei in arbuti fructu. Corrigūt. *καρπών* *δις*. Pomum, inquit, arbuti non levem habet exteriorem cutem, *ut* *cerasum* *aut* *prunum*, *sed* *multis* *minutis* *corpusculis* *extantibus* *asperum*, *ut* *fraga*, *hoc* *Graci* *καρπών* *vo-* *cant*. Non loquitur de facie ac forma Dioscorides, sed de sapore. *ἰδιομέτρον* *ἀχυρώδης*, inquit, (rectius alii *ἀχυρώδην* legunt,) sic enim scribendum, non *καρπών*, *ἀχυρώδης* in neutro genere. Ad *καρπόν* referri voces he debent, *gusto* *est* *subaustrus*, *alioquin* *insipidus*. Non ineptè fortasse quis restitueret *η* *ιδιόποτον*, *ἀχυρώδην*, *ἰδιομέτρον* *τὸν* *καρπόναμον* *καὶ* *κιφαλαλγῆς*, ut vox *ἀχυρώδης* de forma intelligatur, non sapore. Multis enim particulis quasi furfureis ac paleaceis confit. Plinius. *Aliud* *corpū* *terrestrībus* *fragis*, *aliud* *congeneri* *earum* *unedoni*: *quod* *solum* *pomum* *simile* *fructū* *terræ* *gignit*. Non incidit Plinio, adrachnes fructū, quem inimaculo simile docet Theophrastus, fructū quoque terra, id est, *frago* simile esse. Ad *fragi* arbutique similitudinem, quam habent, respexit poeta Sulmonensis, cum ait. *Arbutos fatus montana*; *fraga legebant*. Sunt qui *fraga* montana arbuti fructum existimant, cum ab arbuto particulā, que, disingat poeta. Fortasse non male quis apud Plinium leget. *Quod* *solum* *pomum* *simile* *fructū* *terræ* *q; gignit*; *quomodo* *in* *antiquissimo* *nostro* *Veneto* *codice* *legitur*, *Fruitū* & *arborum* *fructū*, *in* *alto* *non* *humis* *gignuntur*, *ut* *berbarum*, *quarum* *fructū* *in* *terra* *fisi*, *ideo* *terræ* & *fructū* *simile* *pomu* *gigni* *dicit*. *Frage* & *imedones*, *ἐσσας* *καὶ* *τὸν* *τὸν* *διοπλότῳ*, *Graci* *separant*. Pessimè glo- farū auctor *fraga* *μικρίνει*. Nec melius Apuleius, *Comari* *Graci* *Romani* *fragum* *nuncupant*, *nascitur*, *locu* *opaci*, & *mundis* & *collibus*. Nemo, cui mens sana, *καὶ* *μαρτυρεῖ* *fragum* dixit; *frago* comparat arbuti fructum Plinius, & cum eo optimè comparari potest; sed *fragum* à *Graci* *καρπών* *vocari*, non tradit. Arbor est *καρπόν*: humillima herba *fragum*. Arbuti fructus è tenuibus dependent pediculis; *fragis* *similes*, *orbiculati*, *multò* *majores*, & *rotundis* *prunis* *interdum* *magnitudine* *pares*, *multis* *minusculis* *corpusculis* *paleaceis* *constantes*, *initio* *virides*, *deinde* *flavescentes*, *maturi* *elegantissimo* *rubro* *colore* *conspici*, (ut non immerito Poeta Ovid. cecinerit. — *Po-* *moque* *onerata* *tubentis*. — *Arbutus*) *interiore* tamen *carne* *pallescentes*, *nullo* *intus* *officulō*, *sed* *exiguis* *tan-* *tummodo* *seminibus*, *milio* *non* *majoribus*, *tenui* *mēbrana* *in* *meditullio* *obductis*, *edules*, *gusto* *subaustro*, *ali-* *quin* *insipido*, *&* *tenuis* *fortunæ* *hominibus* *expeti*, *ut* *i*, *&* *turdis*, *&* *merulis*, *qui* *his* *per* *hyemem* *vescuntur*. *hyeme* *enim* *maturi* *esse* *solent*, *ut* *scribit* Virgilii.

Venit Hyems, teritur Sicyonia bacca traperis,
Glandes sues lati redeunt, dant arbuta sylva.

Frons hædis expetitur, ut idem ait.

Dulce sati humor, depulsa arbutus hædis.

Hæstenus de arbuto.

Παρεμποτος *τὸν* *φύλλον* *καὶ* *τὸν* *αὐδρόχημα*. Supra lib. I. ex au- toritate Plinii dixi scribendum *αὐδρόχημα*, qui lib. 13. cap. 22. hæc tradit; *Adrachnen* *omnes* *ferē* *Graci* *portulacæ* *no-* *mine* *interpretantur*, *cum* *sit* *herba* & *andrachne* *vocetur*, *unius* *littere* *diversitate*. Doctissimus, & in litteris facile princeps, legit *Andrachnen* *omnes* *ferē* *Graci* *sed* *quid* *est*, inquit, *quod* *ait* Plinius *andracben* *arborem* *ab* *andrachne* *herba* *qua* *portulaca* *est*, *unius* *littere* *diversitate* *discerni*? Eruditis viris *adrachnen* *scribendum* ajunt, quum *de arbore* *intelligitur*. *Primum* *contra* *librorum* *fidei*, *Deinde* & *auctorum* *Gracie* *authoritatem*; *qui* *διδράχλω* *arborem* *pasim* *indigerant*: *postea* *nulla* *diversitas* *litteræ* *inter* *andrachnen* & *adrachnen*, *sed* *una* *littera* *minus* *est* *quā* *in* *altera* *dictione*. *Libri* *hoc* *loco* *scriptū* *babent* *andra-* *den* *omniō* *pro* *andraclen*, *nam* *ita* *in* *sequentib*, *planè* *pre-* *serunt*. *Ceterū* *andracle* *est* *silvestris* *arbor*, *noque* *in* *planis* *nascentis*, *similia* *unedoni*, *folio* *tantum* *minore*: *Ita* *enim* *scri-* *bitur* *in* *antiquis* *exemplarib*. Erpaulò post: *Similis* & *Gapharæ* *bifera* *aque* *quā* *andracle*, *sed* & *lib. 16. c. 22.* *Ita* *disertim* *in* *optimo* *Tbuanæ* *inveni*, *inter* *utraque* *genera* *sunt* *andracile*, *in* *Gracia* & *ubique* *unedo*, *quod* *certum* *pro* *andracile*, *pro* *andracle* *vel* *andrachle*. *Hæc* *igitur* *Plinii* *sententia* *est*, *ἀὐδρόχηλον* *dici* *de* *arbore*, *ἀὐδράχλω* *de* *herba* *portulaca*, *li-* *teræ* *unius* *diversitate*. *Sed* *hanc* *scit*, *vir* *in* *omni* *stu-* *diorum* *genere* *exercitatissimus*, *an* *ita* *distincta* *hæc* *nomina* *reperi* *erit* *in* *exemplaribus* *Theophrasti*, *quæ* *tum* *exta-* *bant*. *Hodie* *quæ* *extant*, *hanc* *differentiam* *non* *agno-* *scunt*, *sed* *ἀὐδράχλω* *ultramque* *vocant*, *tam* *arborem* *quam* *herbam*.

herbam. Certè ἀδράχνη Atticum erat, pro ἀδράχνη ut; αἴτεον pro ῥίζαις, ἀλασσόνεον pro ἀράβισπον & similia. Helladius in Chrestomia apud Phothium: ὅπερ ἡράκλεια μυελαῖς ἐστὶν ἀμφοτεμέλη, ὁ τοῦ ἄντρος ἐστὶν Θεοῦ ἀμφοτεμέλης λίγην ἐχεῖν. Εἰ δὲν ἔστιν ἡ πατέρας Φατοῦ ἡ ἀπίκαιρη λήγειν ἀδράχνη. Si Atticorum est ἀδράχνη pro ἀδράχνη, utique tam in arbore quam in herba habebit locum: Nam utraque communiter ἀδράχνη. Sic erit vana differentia, quia Plinius herbam ab arbore distingui vult. Ad Hellanii locum lib. 7. cap. de portulaca respondet, non peccant contra librorum fidem qui adrachnen scribunt. In Veneta antiquissima editione constanter adrachne scribitur, nisi quod lib. 16. cap. 22. legatur, inter utraque genera sunt adrachne, pro quo in vulgata editione adrachne. Quomodo etiam locis citatis in antiquissima Parmensi legitur. Apud Graecos autores fatendum, passim legi ἀδράχνη, si unum locum excepis Theophrasti lib. I. hist. cap. 8. ubi in Lugd. editione ἀδράχνη legitur. Sed Plinii loco citato, mendosa & corrupta reliqua Theophr. loca, ubi ἀδράχνη legitur, doctissimi afferunt. Quod autem scribit doctiss. vir, nullam diversitatem litteræ esse inter adrachnen & adrachnen, verū in altera dictione litteram esse minus; id fatendum est, si strictè verba Plinii sumantur; si vero paulò laxius accipiamus, secus res sese habet. Nam ubi littera deest, ibi & litteræ est diversitas: nempe quod una absit quæ in altera adest. Atque ea Plinii mens, si antiqua & Veneta & Parmensis lectio vera. Sed in tanta rerum diversitate, & obscuritate quilibet sua fruatur opinione licet. Ceterum, quod etiam pro altera facit opinione, hodie non ἀδράχνη à Græcis sed ἀδράχνη vocatur, ut refert ex Honorii Belli epistolis Carolus Clusius.

Mīzōn ἢ *φλοιον* ἀδράχνη. Hoc de folio Plinius. Ceterum, inquit, adrachne est sylvestris arbor, neque in planis nascentis, similis unedoni, folio tantum minore & nunquam decidente. Quod de arbore Graecus, id de folio Latinus. Falsum est, folia adrachnes minoria esse quam arbitri; majora & latiora sunt.

Tον ἢ *φλοιον* ἀδράχνη &c. Aestivo tempore quando rumpitur cortex, colore est medio inter pallidum, & cineraceum: sed hoc non puto novisse Theoph. Saltem non scripsit λόγον, verum λέπον. Quod non tantum ex Plinio, verum ipso probatur Theophrasto: libro enim 9. cap. 4. ubi de Thure agit, scribit. *Φλοιον* ἢ *τηγλαῖον*, *φλοιον* τῆς ἀδράχνης. Quod de myrrha accepit Plinius, corticem levem, inquit, similemque unedoni. Ἀδράχνη quandoque interpretatur unedonem, quod adrachne unedoni satis similis sit, & in Latio celo magis cognita unedo quam adrachne, quæ arbor est Graeco ac Cretensi solo familiaris. Nomen habet apud Latinos. Ideo unedonem pro adrachne substituit. Falluntur enim qui ἀδράχνη arborem reddunt portulacam. Hoc obiter. Legit etiam Plinius λέπον. cortex. inquit, non scabro quidem sed qui circumgelatus videri possit, tam triplex aspectu. Colligunt quidam, Plinium leguisse φλοιον λέπον ἢ *τηγλαῖον* λέπον, quod non adeo absurdum quibusdam videretur. Immo ita scripsisse Theophrastum sibi plane persuadent. Τηγλαῖον & επιτηγλαῖον arbores dicuntur, quæ gelu laeduntur. Unde *τηγλαῖον* διδοξει, cuius cortex circumgelatur. Nam cortex rumpitur & finditur gelu. Et haec causa est ἐπιτηγλαῖον in multis arboreis. Ita multis placet viris etiam doctissimis. Alter tamen se res habet. Non rumpitur cortex hyeme, sed æstate; cortex. hyeme levis est, neutiquam ruptus, Ideo vulgatam servo lectionem, ac lego. φλοιον λόγον τηγλαῖον λέπον; quod cortex quando æstate rumpitur inter album & cineritium colore sit medio, qui albus dici metitur. Sed perinde utrum λόγον an λέπον legas, si λόγοι dicas quando ruptus cortex est & cadit, ut scribit lib. I. cap. 8. Theophrasti Adrachnen describunt Clusius & Alpinus; ac quidem Clusius cap. 31. lib. I. histor. his verbis. Portulaca; inquit, (Honori Bellus Cretensis Medicus) seu ἀδράχνη Theophrasti, frequens provenit in Creta, montibus Leucis, & alibi inter faxa, fruticis potius quam arboris modo; perpetua fronde viret, foliaque habet lauri-nis adeo similia, ut solo odore dignoscantur. Nam adrachnes folium odore caret: caudicis & ramorum omnium cortex adeo levis, rubens, & splendens est, ut corallii rami esse videantur. Aestate rumpitur cortex, & in tenuissimas bracteas decidit, quo tempore neque rubens neque splendens cernitur, sed medium quendam inter pallidum & cineraceum colorem acquirit. (haec omnia observavit Theoph.) florem & fructum bis, ut arbutus, profert, & hunc quidem adeo similem, ut alterum ab altero nullo modo dignoscere queas, Differt tamen arbor ab arbuto, quoniam tantum provenit in montibus, neque folium serratum habet, neque corticem cau-

dicit scabrum. Ligni materies durissima est, fragilis tamen, quia flecti non potest; rusticis igni fruendo servit, & ad verticilla conficienda mulieram fusis appendenda; Theo-

Adrachne cum flore ex Clusio.



Adrachne sine flore ex alpino.

phrastus recenset hanc arborem, inter eaque detracto cortice non intereunt, & petuæ fronde virent, hyemæque in cunctine folia retinent: quod ita se habere à me observatum. Vocatur hæc arbor in Creta, & tota ferè Græcia ἀδράχνη. Hæc ex Belli epistola Clusius. De adrachne egit Theoph. lib. I. cap. 8. & 15. cap. 4. 6. 16. lib. 4. cap. 18. lib. 4. cap. 8. Describit & Adrachnen Alpinus lib. I. de plantis exoticis cap. 14. his verbis. Pro portulaca arbore ramus ad me missus est, sine floribus atque sine fructibus, foliis densis, circumquaque stipatis, oblongis, extremis in acutum desinentibus, perpetuè virentibus, quorum superius in germine posita arbuto similia sunt, licet latiora apparent, unde in rotunditatem etiam vertuntur. Hæc interna parte nigrescunt, externa alblicant, carnosæ sunt. & dura, duris longisque & crassis pediculis inherentia, sursum acta, non serrata: ramus vero hisce foliis prædictus ad undique stipatus, cubito longus est, digitis minoris crassis, cuius cortex cum labore rubet, ac splendet perinde, ac corallii quasi ramus esse videatur, perpetuèque fronde est. Lignum vero colore albicit, durum: alicujus coloris obscurissimi non expers, & obscurè calascens lingam. Non dubito, arborem esse adrachnen, sive portulacam Theoph (quam arborem Petrus Bellonius in Syria offendit) præsentique, Cum foliis sunt arbuto similia, audierimque fructum ferre arbuti. Carolus Clusius lib. I. rariorū plantarum. ex Honorio Bello expressit iconem habentem, etiam fructus arbuto similes, At non potui non mirari, in ea imagine ramum fructus habentem, & foliis nimis rarum videri, & folia aliquantum foliis arbuti dissimilia, que fortasse in ramis fructus habentibus, ita mutari oportebit. Hanc arborem multis etiam locis in sua peregrinatione observavit Petrus Bellonius, atque lib. 2. observat. cap. 104. scribit, iter facienti Halepo Antiochiam, in tumulis nascentem sibi conspectam, cuius ramos suo fructu onustos, quilibet eorum qui comitabantur, abstulerit; ut in itinere ederet: maturus enim erat, elegantique suo colore singulos ad edendum invitabat; racematis autem cohæbat, magnitudine & colore fructus rubus ideæ, quem Galli framboles appellant, mollisque erat ut arbuti fructus.

** Οὐατος εἰς τόπους τῷ φύλασσε καὶ ικανημέλιαν. Vertunt, pruni his folio similis. ικανημέλια Latinis, prunus. Sed pruni fructus in pappos non abit, nec huic arbuti adrachne que folium, nec arbor procera, sed magna, ut Theoph. lib. 4. hist. scribit. Mira corruptela in Graeco codice. Corrigunt ικανημέλια. Alii ex Plinio corrigunt ικανημέλια. Nam lib. 13. cap. 22. de arbuto & adrachne egit, sub jungit, *Similis & coggygria folio, magnitudine minor.* (non dicit Theoph. minorem arborem adrachne, arbutoque, sed simpliciter arborem parvam) *Proprietatem habet amittendi fructum lanugine, (pappū vocant,) quod nulli alii arborum evenit.* Male ex Theophrasto viri docti corrigit Plinium, leguntque, *similis & coccymelea folio.* cum Theoph. ex Plinio corrigi debeat, quod prunus fructum papposum non habeat. In antiquo Veneto legitur, *similis & cogrygia est folio &c.* In titulo vero capitinis congrygia scribitur: quomodo etiam in indice scribitur: in indice scripto coccyiam vocari asserit Doctiss. Salmasius, & pro coccygia legendum ait ικανημέλια. Nec dubitat, quin & Plinio corrigendus Theophrastus, apud quem reponit, οὐατος ἡ εἰς τόπους τῷ φύλασσε, καὶ τῆς ικανημέλιας; quod in ικανημέλια murarunt correctores. Hesychius ικανημέλια vocat hunc fruticem, sed, more suo, βορδίω esse dicit; Sic enim & frutices & arbores sæpe appellant. ικανημέλια ζώον, ή τὸ δέρμα, καὶ βορδίων, coccyx animal, avis, herba. Fallitur vir magnus, ικανημέλια herba à coccygia diversa planta, Recentiores cucli florem vocant, de quo alibi nobis agendum erit. Coccygia fortasse frutex cuius meminit Theophrastus dicitur, quod eo vigeat, floreatve, vel fructum ferat tempore, quo coccyx id est, cuculus cantat, vel cantare desinat. Sic apud eundem Hesych. ventus quidam coccygia dicitur. ικανημέλια ἄνηρ οἰκογονία). *Crotoniatæ ventum quendam coccygiam vocant*, quod eo tempore spiret quo cuculus coccyzat. Sed unde nomen accepit frutex hic, me fugit. Illud falsum scio, quod scribit Plinius, solum hujus fruticis, vel, si placet, arboris semen in pappos abire: nam constat, & salicis fructum in pappum evanescere. Sunt qui coccygiam putant plantam quam vulgo*

crafftudinis, qui in numerosos rotundos ramulos, cortice obscurè rubente vestitos, dividuntur. Folia firma, venosa, lata, densa, terebinthinis foliis fermè paria, latiora tamen, & orbiculato mucrone, oblongis rubentibus pediculis nitentia, tenuiores ramulos amplectuntur, quæ non ineptè comparari possunt cum adrachne foliis, ab Alpino delineatis; Odore quodammodo lentiscino, gustuque adstringente, non injucundo tamen. Folia hæc sub finem æstatis rubescunt, elegantissimoque nitore oculos oblectant. In supremis ramis emicat veluti racemos quidam, ex viridi pallescente, qui paulatim in papposum muscarium explicatur, & evanescit, innumeris tenuissimisque capillamentis fuscis, tortilibus, involutum, nutantibus in militum galeis plumosis cristis non absimile, papporum lanugini intersparsis; seminibus ex nigro rufescientibus minutis, figurâ cor æmulantibus. Radix dura, lignosa, non altè descendens, raris fibris donata, ut terebintho. Copiosè crescit agro Auriaco, quatuor miliibus Avione, quâ ad insulas & aquas sextias itur. Reperiitur etiam circa Viennam, locis montanis. Ac illic quidem floret Majo mense, calidioribus verò locis matridi, fructus maturescit Iulio, & Augusto. Non videtur huic frutici nomè impositum à *cuculo*. Sed à *cuculo*, quod folia, semen, pediculi floris, cortex, rubeant ac purpureescant. Hesych. *κοκκίνια* τὰ ἔρπη κοκκίνη. Fortè non scribendum *κοκκίνη* vel *κοκκίνης*; sed vel *κοκκινήλεια*, ut Ruellius ait, vel, *κοκκινήλεια* à rubidine, purpureoque nitore: vel, si Plini videretur lectio præstare, *κοκκύδια*, Nam in indice & capitinis titulo antiqui codicis conglyria scriptum est. Hę conjecturæ sunt, quas affirmare nequeo. Sunt qui fruticem descriptum cotinum Plinii existimant, cuius lib. 16. cap. 18. mentionem facit his verbis. *Est in Appenino frutex, qui vocatur cotinus, ad linimenta modo, conchylii colore insignis.* Ex quibus sanè nemo facile colligat, an ei stirpi, quæ apud herbarios tale nomen obtinuit cotini appellatio rectè tributa sit. Radix hujus stirpis, ut refert Aloisius Anguilara, lanas pannosique rubente ruffoque inficit colore. Idèo forte Plinius conchilii colore insignem tradidit, Nempe à radice rubente, rofeoque radicis colore, seu potius tinctura, in montibus Apenninis *rosolo* vocari scribunt. Gratianopolitani ejus foliis summisque ramusculis ad lineas vestes nigro colore inficiendas utuntur, quas aliis mulierculæ superimponunt, ne subiectæ pulvere & fordibus inquinentur. Allobroges Sabaudi arbusculas integras, vel earum grandiores ramos delibatos vendunt, suaque lingua *fuster* vocant, ad pannos, ut Lugdunensis refert, luteo colore tingendos. Is enim est ligni color. Diænses Allobroges sua lingua *Rbu* vocant, corticeaque coria spiffant, ac concinnant. Id quod nonnullos movit, ut *rheom* coriariorum esse crederent, alios, ut cotinum coriarium vocarent. Cotini nomen Clusius inditum putat à foliorum tabescientium rubro colore, quo cotinum inficere scribit Plinius. Scribunt alii, *κοτίνης* esse circeos floccos, quales in galeis, aut galli gallinacei vertice visuntur; qua de similitudine floris dictus fuit hic frutex, qui de summis virgultis pulcherrimum lanificium tollit, sericeo vellere & contextu calamistratum, quod crispatur & explicatur in latam cæsariem, crinibus puniceis, fuscis, & tortilibus. Nusquam legi hanc *κότινον* habere significationem. apud Hesych. *lego κότινον* εἰ τοῦ καπιθαλαῖα, id est, *cottici galeas significant*. Apud eundum *κότινης* τοῦ καπιθαλαῖα significare reperio. *κότινος* ei arbor est, quam olearium vocant.



cotinum coriatam vocant. hand magnæ altitudinis frutex, virgis nigricantibus, tricubitalibus, quandoque majoribus, raro quinque cubitos excedentibus, digitalis

φλοια, cortex tantum non fructu præcassus ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. Vjus ejus anchoralibus maximè navium, pescantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellant. Sunt & qui fœminam ilicem vocent, atque ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota nascitur aut in Gallia omnino. Postremum, ut mox dicam, falsum, quod præcedit, de phelldry dixit Græcus auctor, Latinus male suberi adscribit. Vide Theophrastum de phelldry. Non infacetè, inquit, corticis arborem appellant. Videtur φιλλὸς quasi φλοιος dici vnluisse. Certè φιλλὸς arboris cortex, leveque lignum. Hesychius φιλλὸς στεληρός πόπος, καὶ δυστερός, καὶ εἰπιπολὸς περιώδης, καὶ φλοιος δένδρος, καὶ εὐλογὸς φιλλὸς. Locus siccus, & difficilis, ut plurimum petrosus, & cortex arboris, lignumq; leve. Suberem etiam simpliciter corticem vocarunt Latini. Quod non difficulter probari potest. Apud Strabonem in adagio legimus, οὐ φόπος, εἰς φιλλᾶ, subere leviorē esse. Hoc expressit. Horat.

Lib. 3. od. 4.

Quanquam sydere pulchrior
Ille est, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Idem satyra 4. lib. I.

— Simul ac duraverit atas
Membra animumque tuum, nabis sine cortice. —

Id est, αὐτὸς φιλλᾶ. Pindarus in Pythiis hymno secundo,

— αἴσι—

πλισός εἴμι φελλὸς ὡς
ὑπὲρ ἔργον ἀλμάς.

— immen-

sabilis sum ut suber, (sive cortex)
super superficiem mari.

Ad hoc allusit idem Horatius de Ulyssे loquens epistol. lib. I.

Dum sibi, dum sociis redditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis verum immersabilis undis.

Quia suber mergi nequit, pescatores ea utuntur sustinendis retibus, plumbeis glandibus in profundum dejectis. Hunc usum non tantum apud Batavos, Gallos, Hispanos, Germanos habet, sed etiam apud Græcos & Latinos. Suidas φιλλὸς; αὐτοπτῶς νέθεν φιλλὸς αἱ εχρίσιν οὐ μαλαχίου βόλαι; Phellos immersabilis aquis, semper occultum rete pescatorum quasi sorte indicans. Plinius, usus ejus anchoralibus maximè navium (eundem hodie apud Batavos usum præstat,) pescantium tragulis, & cadorum obturamentis, præterea in hyberno fœminarum calceatu. Calcearii expetitam valde suberem ad crepidas conficiendas quilibet novit. Græciae Bataviaeque puellæ virginis, non valetudinis causa, sed superbie gratia humi modi calceos gestant, ut majores, grandioresque videantur. Clemens Alexand. 3. pædag. ex Alex. Comico.

Τυγχάνει μικρόπτερος φιλλὸν τοῦ τούτου βλαστῆσον συνειδηταῖς.

Parva videtur quedam esse, in calceis insuatur suber.

Ἐπιφύλωξ in Aldino & Basili. codice περὶ φιλλῶν. Quam cur rejicerit lectionem causam video nullam. In Pyrrhenæis montibus frequens, etiam in Aquitania Pyrrhenæis adjacente regione. Nec in Tyrrhenia sive Hettruria reperi nego; sed vulgatam si velis sequi lectionem, non uno loco corruprus erit codex: fin vero Aldinam & Basiliensem servet, nulla opus mutatione. Vides Plinii erratum, qui nec in Gallia, nec in Italia nasci tradit suberem, cum in utraque frequens reperiatur.

Τὸ δὲ δίδυρον. Plinius loca citato. Suberi minima arbor, glans pessima, cortex tantum &c. Hæc falsa sunt. Scribe, cum Dalecampio. Suberi non minima arbor, glans pessima: suber enim mediocris magnitudinis arbor, ilice plerumque major, caudice, ubi adolevit, longè crassiore, ἀλιγάνδας sive paucorum ramorum; sed ilignis sunt firmiores. Tὸ δὲ φλοιος παχὺς, ἄση &c. Cortex crassus admodum ac

densus, carnosus, scaber, rimosus, qui, nisi suo tempore detrahatur, sponte dehiscit, ac in fragmenta se separat, alioque subnascente expellitur, eo sublato, qui subest novellus adeò rubet, ut procul aspiciens arboreas

Suber.



rubrica aut minio pictæ videantur. Quinqueranus, qui de laudibus Provinciæ scripsit, triplicem suberi corticem tribuit. Sed præstat ipsum audire; nam quædam in ejus historia tradit ab aliis hactenus non observata. Suberis, ait, arbor uberrimè in Olbiensi ora provenit, sicutis specie grande majore, & deteriore, trunco ingenti. Hunc vestiunt cortices terni; primus præcassus, qui in cadorum & omnium penè vasorum obturamenta adsciscitur, pescatorum retia, contra prementem plumbō, elevat, ex eo etiam fuit alvearia. Secundus crepidas munit, & hibernum calceatum. Ex tertio subtili atque admodum delicato, fuit pateræ, è quibus quicquid heclicis propinatur, magna utilitate hauritur. Eo melior hæc arbor, quo vetustior: detrahendis corticibus hæc est ratio: qua stipes telluri committitur, circumscinditur ad lignosam usque materiem, pariterque in summis humeris, antequam in brachia dividat se: mox à summo ad imum fandatur: detrahiturque triplex cortex. Non explanatur aqua, sed igni, nec demuntur, nisi tertio mox anno: quod si paucis diebus à tonsura largi imbrez intervenerint, arbor interit, quod raro accedit, nimirum regione calida & siccā, & temporum observatione raro fallente. Hactenus Quinqueranus. Verū in Hispaniis, inquit diligentissimus Carolus Clusius, primum illum præcassum corticem dun-taxat detrahere solent: quo non modo ad cadorum obturamenta, alvearia, & nonnulla etiam vasa rustici utuntur; sed etiam ad tuguriorum, & murorum prætexta, præser-tim in ea Boëticæ parte, quam Estremaduram vocant; ubi interdum totis pagis, ædes magnis suberis fragmentis, im-bricum loco, tectas conspiciere licet. Idem cortex exteriore illa scabritie derasa, munieris crepidis & hyberno calceati idoneus: Itaque videtur Quinqueranus, præter veterum auctorum sententiam, ex præcasso illo, externo que cortice binos fecisse; nam scabritia illa exterior ad nullam rem utilis. De cortice suberis vide cap. 8. lib. I. cap. 18. lib. 4. hist.

Tὸ δὲ φιλλὸς εὔσοος τοῦ μελίου, παχὺς, αὐγούστερος. Nihil similitudinis cum fraxini folio habet. Corigunt, ιαίαι. Certè suberis genus perpetui folium, à Mathiolo descri-

ptum, folia fert, quæ non inepte oleæ comparari possunt: est enim folio angustiore, prolixiore, & acuminatiore, ut pictura ostendit; sed oleæ non est oblongius. Scribo,
magis. Mali folium quadantenus refert, sed oblongius malo, & crassum; per marginem nonnihil incisum & aculeatum. Vide utriusque iconem, folium suberi ligno majus, rotundius, mollius, & supernè magis virens, per marginem incisum & aculeatum, quandoque verò longius, & acuminatum, minimè dentatum. Mathioli oleæ folio suber in Pisano agro frequens.

Οὐκ εἰσφύλλος ἀλλὰ φυλλοβολόν. Qui vulgatam defendunt lectionem, τυρπνίαν, ii necessariò legere debent ὁιεῖσφυλλον, ἀλλὰ μὴ φυλλοβολόν. In Pirēneis montibus & Aquitania foliis hyberno tempore exiuit; ut Diligentiss. observavit Carolus Clusius, cum Aprili in Hispanias proficiseretur: foliis enim viduatæ erant, quotquot suberbis arbores circa Bajonam conspexit. Contra verò in Italia & Hispania perpetuò virent. Vulgatam ergo lectionem retinere debent qui τυρπνίαν ex Aldino & Basiliens. legunt, Robertum verò Constantinium sequi debent, qui

tupponicas legunt, ut Lugduno - Batavus codex habet.

Καρποῦ ἡ αἱ φίδει βαλανώφορη, οἵμοις τῇ αὐτῇ. Scribe, καὶ πάλιν ἡ αἱ φίδει βαλανώθη οἵμοις τῇ αὐτῇ, non ut in Ald. & Bafiliensi legitur ἀχρίσ. Si ἀχρίσ legere placet, tum concedendum, illicem fœminam ἀχρίσ non αέιν vocari. Verunt, *aquifolia similem*. Rectius, *aquifolia ilici similem*. Nam quam vulgo aquifolium vocamus, baccifera est; glandem verò fert suber. Glans calici majori, hispido, alpero, magisque echinato insidet, quam ilici, magna, ubi maturuerit, nigricans, ligna longior, & obtusiore cuspide, adstringens, & exsiccans, & guttu multò quam ligna ingratiior. Magna ex parte conjunctim nascitur, ut avellana, sed crasso, breviq; petiolo, & firmiore quam ligna. Ramis nonnunquam adnascuntur dura & lignosa quedam cinerei coloris tubercula, adeo firmiter inherentia, ut nisi fracto ramo, eximi non possint.

Piseæægæs &c. Plinius lib. 17. cap. 24. Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam juvatur. Crassifrons enim præstringit & strangulat. Vide cap. 18. lib. 4. hist. Vide cap. 21. & 24. lib. 5. Causar.

K E Φ. I Z.

*De colutea, colyteaque, & lauru Alexandrina, sicóque, & viti: déque ea
vite, quam vocant phalacras: Quotque rhamnorum genera,
Item de æquo, & paliuro.*

καλοίτε. Ι" Διον σὲ καὶ ἡ " καλυπτά ταῖς Λιπάρειν. δένδρον μὲν
διμέρεις. τὸν σὲ καρπὸν φέρει ἐπὶ λοβῶις ἥλικον
Φακός. δὲ παιάνιον τὰ αερούσατα θυματᾶς. φύεται σὲ
δυτὶ αερόματι. καὶ ἐκ τῆς τῶν αερούσατων κόπεια μά-
λισσε. ὧραι σὲ τῆς Φυτείας, ἀμα δέκτερῷ δυοιδήνῳ.
σὲ σὲ σὲ φυτεύει ταερόρεχοντας. ὅταν ἡδη τὸ διαφυση-
Conſt. δια-
φύτειν Βαſ. ταὶ ἐν τῷ ὕδατι. φύλλον σὲ ἔχει περόμοιον τὸ τύλη.
τὸ τύλη Conſt. βλαστεύει σὲ τὸ πεζῶτον μονοφυὲς, ἐπὶ ἑτη μάλιστε
flant. Scrl̄be τεία. ἐν οἷς καὶ τὰς βακτηρίας πέμνεστ. δοκεῖστοι
τοῖς. εἰναι καλά τι. καὶ εἰναι τις καλάστη. διαθέματα. καὶ ταῦτα

απεργίαλασσον ἐστιν. εἰτα "χίζεται καὶ δυοδεκάθημ
τῷ πετερτῷ ἔτει. η μὲν αὐτὴ τινὶ Ἰδῃ, τῷνα καλλιστε-
λύεισι, ἐπερον εἴδος ἐστι. θαυμαῖδες μὲν γένος ὀλόδες, καὶ
πολυμείχαλον· παῖνιον τὸ μὲν, τὸ πολυ. ἔχει τὸ φύλ-
λον δαφνοεῖδες πλατυφύλλας δάφνης. παλεὸν σρογ-

τὸς οὐκέου πολυμαχαλον· απαντοντεις σειρα, πτωτον. εχει το φύλον
Γαζα. λον δαφνοφίλες πλατυφύλλας δάφνης. πλεινειν τρογ-
θει μελισσαν την γιλότερον καὶ μετίζον, ώστε όμοιον φαινεσθαι τῷ θῆς
δοκίου Scris- πλελέασ. περιμηκεστερον ἦ. το γείσαν θητιδάπερα χλοε-
βε μηλέασ.
καὶ πολύνιον, βρόν· οπιδεν σήμερι πλιλοκαλον. καὶ πολύνιον σήταν
εἰκ τοις οπιδεν ταῖς λεπτίαις είσι· καὶ ταῖς ρίζαις, καὶ μετάξυ
δια ταῖς λεπ- τῶν πλιλορειδῶν δέσπο μέσους κατεπινυσθῶν. φλοιὸν δὲ
ταῖς είσι· με- ταξὺ τῶν
γλείου, αλλ' οἷον τὸ τῆς αἱμπέλεως. καὶ σήμερι ξύλον σκλη-
ροῦ πυκνού. ρίζας σήμερι πλιπλαίσις καὶ λεπτίας καὶ μα-
δέα μέσους κα- νάς. καὶ λασ σήμερι είνοστι καὶ ξανθάς σφόδρα. καρπὸν σήμε-

οὐκ ἔχειν Φασίν γέδε αἰθρό. τὰς δὲ κορυνῶδη κα-
ζεῦν καὶ τὸν ὄφελμάς τὸν τὰς φύλα λεῖς
σφόδραι καὶ λιπαρές καὶ λακτές. τῷ χήματι δὲ κα-
ζεῦνώδες. διποκοπέν δέ καὶ ἐπικαθέν, ωδὴ φύεται καὶ
αἴσαβλαστένες. οἷς δὲ καὶ τὰ διετεῖ τὰς ἴδεις εἰν.
οἷον η̄ τε Ἀλεξανδρεία καλὺψιν, δάφνη καὶ συκῆ τις
καὶ ἀμπελό. τῆς μὲν γὰρ δάφνης εὐ τάχτῳ τὸ ιδίου,
ὅπις ἐπιφυλάκιαρτόν εἶν, ὥστερ καὶ η̄ κεντρομυρίνη
αἱμφότεραι γὰρ τὸν καρπὸν ἔχεσσιν ἐκ τῆς ράχεως τοῦ
φυλλοῦ. η̄ δὲ συκῆ, θαμνώδες μὲν, καὶ γάρ οὐ φυλάκιον.
πάχθρον δὲ ἔχον, ὥστε καὶ πηγαῖον εἶναι τὰς πεδίμε-
τρον. τὸ δὲ ξύλον ἐπειραμμένον, γλίχεται. κάτωθεν

μὲν λειτουργούσον, ανωγέν σε περικομόν. Σχάρης
† πλιόν. Bas. Μὲν χόρυλλα καὶ φλοιό, † πελιόν τὸ μὲν οὐρανός τῶν
Const. Le- Φύλλων ὄμοιον τῷ τῆς φιλούρας, καὶ μαλακῶν μὲν καὶ
xico. πλατανί, καὶ τὸ μέρη τοῦ αὐτοῦ πληγήσιον ἀεὶ τοῦ με-

C A P. XVII.

Colutea quoque Liparae propria traditur. Ar-^{coloeata.}
bos magnitudine præstans, fructum in siliqua
ferens, magnitudine lantis, qui oves mirum
in modum pinguefacit. Nascitur semine, & fimo
præcipuo ovillo. Tempus ferendi, cum Arcturus
occidit. Serendum semine \dagger præmadefacto, cum \dagger ^{ante ma-}
jam in aqua \ddagger pullulare inceperit. Habet folium ^{cerato.}
non absimile" fœnogræco: germinat primo \dagger uni- ^{\ddagger tumere.}
caulis, triennio maximè. Quo quidem tempore ^{"salici.}
baculos deçidunt: tunc enim præstantiores esse vi- ^{\ddagger singulare}
dentur: & si ita quis decurtaverit, mox arbor e-
morietur. \ddagger haud enim latere plantigero constat. \ddagger stolonibus
spargitur deinde in ramos, quartoque anno ar- ^{enim non}
borescit. Arbor circa Idam proveniens, quam ^{regerminat,}
colyteam vocant, genus aliud est, fruticosum, ramo- ^{Spargitur}
sum, alosum, inventu rarum, non crebrum: fo- ^{deinde in}
lio laurino lauri latifoliae, sed rotundiori, amplio-
rique, ut vel ulmeo simile appareat, oblongius ta- ^{"colore al-}
men: "colore parte altera herbido, tergo autem ^{tera parte}
albido, nervosoque. Tum ibidem nervulis præte- ^{viridi, infe-}
nuibus fibrisque, tum inter eas propagines, quae de ^{riore & au-}
medio callo, in costarum speciem adducuntur, ^{versa cau-}
cortice non lævi, sed quasi vitis vestitur: ligno ^{dicante, te-}
dūro, spissoque constat: radices per summa gra- ^{niibus mul-}
ciles, \dagger atque solutas gerit, sed vibratas, flava- ^{tis fibris}
que majorem in modum: fructu, floreque care- ^{nervosum,}
re putatur. \ddagger Amentum autem, sureulum, gem- ^{inter eas si-}
masque circa folia, admodum læves, pingues, can- ^{starum in-}
didasque, facie amentacea fundit; præcisa, vel igne ^{star à media}
deusta, ab imis subnascitur, atque resurgit. Illa quo- ^{protendun-}
que propria esse circa Idam feruntur, laurus Ale- ^{tur. Vide}
xandrina cognominata, & ficus quædam, vitisque. ^{commentar.}
Lauri proprietas, "quod fructum super folia gi- ^{\ddagger atque ya-}
gnit, quemadmodum myrtus sylvestris: quippe ^{ras gerit,}
fructum ambæ super dorsum folii ferunt. Ficus ^{easq; crispas}
fruticosa est, nec excelsa sed crassa, ut vel cubi- ^{flavasque.}
tali ambitu sit, ligno contorto, \dagger lento, colore ^{cachrym au-}
tam folii, quam corticis livido: figura foliis ti- ^{tem clava-}
liæ similis. Mollia quoque, lataque sunt, magni- ^{tan, gem-}
tudine similia. Flos melpili, & cum melpilo flo- ^{masque.}
λόγεστος, id

*est, fructum
ferat foliis ergo quemadmodum ruscus; quippe fructus utique dorso-
psius folio insidet. Vide cap. 16. lib. I. circa finem. † lento, parte infe-
riore minime nodoſo, laevis, superiore in orbem comoſo, colore, Gaza, lento,
inferius laevi, nulloque ramo superius, gyro comato, colore tam folii quam
corticis livido.*

απλώδεις. ή αὐθέτη ἀμυντική μετοίλη. οἱ δὲ καρποὶ, οἱ
καλύπτοντο σκονή, ἐρυθρὸς ηλίκος ἐλάσις· τολμεῖσιν σρογγυ-
λώπερ. ἑδιούμενοι δὲ, μετωπώδης. ρίζαις δὲ ε-
χει παχείας, ως αὖ συκῆς ἡμέρας, καὶ γλυκυράς. αἴσ-
τες δέ εἰς τὸ δενδρόν, καὶ καρδιῶν ἔχει σφραγίδα, τοις δὲ πε-
χώντες. ηδὲ ἄμυπλειοι φύεται τῷ μὴ τῆς Ἰδης τοῖς
περ φαλάκρας καλύπτειν. εἶτα τὸ θεμινῶδες φαβόδιοι
μικροῖς. τεγνονταί δὲ οἱ κλάνεις ως πυγμαῖαι. τοφές
οις φάγεταισιν σὺν πλαγίαις μέλαναιν. τὸ μέγεθος ἡλί-
κοι τούμπαι, γλυκεῖαι. ἔχει δὲ συντὸς γυανωτῶδες πε-
μαλακέν· φύλλον σρογγύλον, αὐτιδές, μικρόν. ἔχει
δὲ καὶ τὸ ἄλλα σχέδιον ὅρη φύσεις πινάς ιδίας. τὸ μὴ
δενδρόν, τὸ δὲ θεμινῶν, τὸ δὲ ἄλλων ὑλησάστων. αἴ-
λαχός τοι μὴ τῆς ιδιότητος εἴρηται πολλάκις, στριγί-
νεται καθ' ἕκαστους τόπους. ηδὲ σὺν αὐτοῖς τοῖς ὄμοιονεστιν
ηδίαφοροί, "καβάνπερ εἶτα τῶν δενδρῶν καὶ τῶν θε-
μινῶν, διοικεῖσται, καὶ τῶν ἄλλων ὀπτερερέρηται τῶν πλεί-
στων. ὀπτερερέρηται φαμνύς, καὶ παλινέρηται, τοῦτο δέ, καὶ ροῦ, καὶ
καπίτη, καὶ βάτες, καὶ ἑτέρων πολλῶν. φαμνός τε καρδία μὴ
ἔστι μελανός, ηδὲ λευκή. καὶ οἱ καρποὶ διάφοροι. α-
καρδηθεὶσει δὲ ἀμυφω. τὰ τε τὰ ίστα τῷ μὴ, λευκον,
τῷ δὲ, μελανον. Καὶ τὸ αὐθόντον ἑκατέρως καὶ οἱ καρποὶ καὶ λό-
γον. οἱ μὴ, λευκοί· οἱ δὲ, μέλανες. εἰνίων δέ οἱ ὀπτερερέα
μέσον οὐ τὸ αὐθόντον ἔπει πορφυρίζει. Καὶ τε οἰνωπὸν γί-
ται σκληρωνέστιν, ὀπτερερέα πινων. ἔχει δὲ καὶ τὸ φύλλα λε-
πίστερα. Καὶ λειότερα καὶ τὰς φαβόδιας, τὰ λευκάν· οἱ, τα
παλινέρηται ἔχει διάφορος, απανταί δὲ ταῦτα ταῖς καρπο-
φόροι. Καὶ οὐ παλινέρηται. σὺν λοσφῷ πινεῖ τὸν καρπὸν· ἔχει,
καὶ ταῦτα τῶν φύλλων. σὺν αὐτοῖς τοῖς βῆχασιν οἱ αἰτοῦσι κέπτον-
ται. ἔχει γάρ τινα γλυκυράτηται καὶ λίπος. ὀπτερερέα τὸ ταῦ-
τα περιέμει. φύεται δὲ οἱ θηρίοις ἐφύδροις. καὶ σὺν
τοῖς ξηροῖς, ὀπτερερέα βάτες. οὐδὲ τοῖς δέ εἶται τὸ δενδρό-

ret. *Fructus*, quem dicum appellant, rufus, magnitudine olivæ, sed rotundior, gusto mespila-
ceus: crassas radices agit ut *ficus urbana*, lenta-
que. Nunquam haec putret, & cor solidum, non
mollem medullam continet. *Vitis* nascitur ea parte
Idæ, quam vocant *Phalacras*. Est fruticosa, virgis
parvulis, & ramulis cubitalibus penè exopterrigitur:
quibus acini laterales nigri adhærent, magnitudi-
ne † fabæ, dulces, qui lignum vinacei modo in-^{† fabe Græ-}
tus continent: folium rotundum, individuum,
parvumque. Cæteris quoque montibus propria
quædam natura dederat, aliis arbores, aliis fru-
ties, aliis reliquæ materiæ aliquid. Sed propri-
tatem singulis locis inesse, dictum saepius est. Di-
scrimen autem quod in predictis unigenis, tam
arboribus quam fruticibus percipitur, in reliquis
quoque plurimis pari modo, ut exposuimus, in-
telligi potest. Exempli gratia: in rhamno, "pa-^{paliuro, via-}
liuro, æquo, oëto, fluida, edera, rubo, multissi-^{tice, rho-}
que aliis. Rhamnorum enim alia nigra, alia can-^{vulgo su-}
dida, fructusque diversus, ambæ verd aculeigeræ,^{mach vo-}
† *Æquorum* quoque alia candida, alia nigra: &^{cant, hede-}
ra.
flos fructusque utrique pro ratione discriminis a-^{† viticum.}
lius candidus, alius niger. Nonnulli etiam medii
quodammodo sunt, quibus † flos in purpuram ^{flos colore}
candidans, nec enim fulvus, nec exalbidus est. fo-^{purpureæ vio-}
lia quoque tenuiora, lævioraque candidæ, ut vir-^{laceæ: nec}
gæ, similiter graciles, & læves. *Paliurus* quoque
differentias nonnullas habet: omnes autem fru-^{enim vino-}
&feræ sunt. Et *paliurus* quidem in siliqua " fert, ^{so, exacte q;}
in qua tefna, aut quaterna semina gignit, quibus ^{albo est.}
folia, in
medici contra tussim contusis utuntur: habent e-^{qua.}
nim lentitiam quandam, atque pinguedinem, ut
semen lini. Nascitur locis dilutis, & aridis sicut
ruber, sed non minus diluta querit. Foliis deci-
duis est, non perpetuis, quemadmodum *rhamnus*.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Hoc est nomen, quod habet caput superiore, ut esset unum, nominis vicinitate adducti sunt.

'Απὸ μισ. Theodorus florida interpretatione usus est: & addidit, callum. Et legit rectè, φλαιος δὲ ἡλιος non autem ζευς.

Oὐδὲς δὲ οὐρανοί. Theodorus, radices vibratas. ambitio-
σε. In Codice Ruellii, fibratas.

*Ideas de nobis esse tuis idem. Et hoc adjungas superioribus locorum ratione. Ide enim sunt peculiares. Festivum vero. Nam quomodo Ide fuerit propria latus ea, que Alexandrina nominatur? Nota xvij*temporibus*. Et que relata sunt in nostros Commentarios.*

*H*abent ova. *P*rofecto vanos mortales. *N*ihil fucus obtinet,
*n*on colorem, *n*on folium, *n*on fructum. *F*loret haec, *n*on flo-
*r*et fucus: *p*ostremo lignum dissimile, *t*um constitutione,
*t*um natura.

Φαλάρης, calvas. Quemadmodum nobis multi colles, & montes noti sunt hoc nomine. Legit Theodorus, πηγαῖοι, non, πυγμαῖοι. & omisit, μαλάκοι.

Ego dicitur etiam. Materia diversa haec, aliud igitur caput. Quae casque loco natura conveniret, docuit supra. Nunc differentias tractat à speciebus adeo incondite: quod & hic monere decuit: vagatur. Minoris tamen materie argumentum est, ut fruticum, atque ejusmodi.

Papaver. Mirificum illud. Inturim, & alia ex Dioscore
ride Latina arceſtis ſepe, multa fingit. Nunc spinam cer-
valem ponere noluit. At, horum, æquum, veritatem. Et pœnū, flu-
idam interpretatur. Cæterum pœnū, nomen est Syrum, ſicut
& infra.

"Οὐ πάλιον δέ τις διαφορά. At eas quare non ponit? Palium esse ignorantia recentioribus, docuimus in commentariis.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Kολυτία. Colutea notissima, vulgo Baguenaudier.
Λοσσις. Hic siliquis si dicas, falsum; non enim siliqua-
tur, sed fert folliculos sive vesiculos, id est, φύσεις sive φυ-
γεια, γρυλάκια. Quæ λοσσι voce Theophrastus etiam comple-
ti solet, ut ostendam exemplis in Supplemento linguae
Græcae.

Φακός, γερονε φακός, vel φακός. Διαφύντε. lego diaφυτε). Τόλη. scribendum τὸλε, quod est sūnum Græcum, silicia & filicula Varroni & Plinio. siliqua etiam Columellæ. Κολέση. Hinc tñs κολυτίας etymologia.

Eius. Hic finis parenthesis, cuius principium post $\tau\acute{e}\lambda$.
Σχέτιμο, substitue $\chi\acute{e}\tau\acute{t}a$. Κολυτέα. Quæ sit hæc Colytæ
querendum, Non enim est Sorbus terminalis. Nam hæc $\chi\acute{e}\tau\acute{t}a$: nec
Ornus, quæ fraxinus est sylvestris Columellæ,
cujus caudex levis. Putant quidam carpinum esse vulga-
rem.

Πιπέας. Superius τοι μελις dicebat, τὸ δὲ φύλακ τῷ μῷ
χώματι διαφορεῖ, ἀλλατοφύλλας σάφης. Quibus constat, hunc
locum depravatum esse, legendūque μίλια. Nam lauri ut
ulmi in foliis, quae similitudo & convenientia? Supra δὲ οὐδὲ
διὰ illud vacat. Καὶ πολὺνος, οὐ γέ σπιθανής λεπτῶς εἰσ καὶ ρί-
ζας, ἐμπεζεῖ τὸν ἀλογοειδέα δὲ μίλιον κυπατεπενεῦν. Supra
cap. 10. non dissimilis oratio, quam ita castigavimus, Πολύ-
να δὲ, καὶ δὲ τῆς εἰσιν τοῦ διαγεγόντος τῶν ἄλλων σφρίους ἐμπάλων
κυπατεπενεῦν. Igitur hic sic corrigo, Πολύνος οὐ γέ σπιθανής, τοις
λεπταῖς δὲ Εἰρίξας μεζατεῖ τῷ, &c.

*Aλεξανδρεία. Et Plinius laurum Alexandrinam & Idæam
vocari tradit lib. 15. cap. 30. Sed dicet aliquis si Idæa, quo-
modo erit Alexandrina? Sic pro Theophrasto & pro fe-
spondet idem Plinius lib. 5. cap. 30. Aeolis proxima est,
quondam Mysia appellata, & quæ Hellestporto adjacet.
Troas. In hoc tractu Ida mons. Ipsaque Troas An-
tigonia*

tigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana, &c.

Ἐπιφυλακτόν, οὐ Κεραμωψίν, de quibus copiose scribitur in Crispini Lexico. Ἡ δὲ συν. Arbor ea que in monte Equebelletio circa facillum provenit, ea ficus esse creditur de qua hoc loco. Plinius lib. 15. cap. 18. de ficorum generibus. Idem rubet, inquit, olivæ magnitudine, rotundior tam-tum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant (at hoc Theophrastus non de fico, sed de lauro) crassitudine cubitali ramosam, materia validam, lentam, sine lacte, (hoc adjectum de suo) cortice viridi (at Theophrast. γένη τοῦ φλοιοῦ πάλιον εἶται) folio tiliæ, sed molli.

Πιεὶ μήρος. Legito σειμωσον. Καρδιά. Sic medullam eduram ac solidam appellare consuevit, ut cedri: fungosam verd sambuci. οὐ πελατίν. De hoc Constantinus in supplemento Linguae Graecæ. Αυτοὶ φύεται. Apud Galenum lib. 7. de comp. med. καὶ τόπους cap. 4. αἴκτοσφυλλη plantæ, id est, uva ursina, que in Ponto nascitur, humili, fruticosa, folio arbuti, cuius fructus rubet, saporis austeri. Aduic in Appennino vocatur vigna dell'Orso, quam vult esse vitim. Ideam Theophrasti vir maximus in cognitione stirpium Angillara. Quid verò sit vitis Idea, docetur in Lexico Crispini in voce αἴκτοσφυλλη. Πόρωναιον, rectè à πορών, ut à πορών πορώναιον. Κυάνη. Nec hoc loco de faba nostrata intelligendu, sed de faba Graecæ, à cuius similitudine etiam κύανη, de qua bestiola in ea voce copiosè in Crispiniano Lexico dicitur.

Καρδιά, οὐ cetera que sequuntur valde depravata. Ita repono: καρδιπέτη τὸν δέρδρων, καὶ τὸν θυμωνίον τὸν ιτιά (καὶ τὸν άλαν, οὐτε τετραγόνη) τὸν θειεσταν. Ιτια. hic οὐ infra corruptè pro oitis. Oitis verò sive oitias, τὸν ιτια, id est, salicis, species est; ut οὐ Latinis salix Amerina. Sed οὐ oitis (ut hoc loco, οὐ apud Eustathium in Homerum, quod adnotavimus in Supple. lingue Graecæ) est vitex que in ambitu nominum

est, λύγος que οὐ appellatur, quam οὐ arborescere dixit lib. primo. Atque ex hoc authoris loco, οὐ Dioscoride, viticis duo genera leges apud Plin. lib. 24. c. 9. Dicis autem Theophrastus, ut in arboribus, sic iuxta in fruticibus diversas species inveniri: qui appositæ arborum tradiationi οὐ fruticum in specie varietatem subjungit. Επιπορφυρίζει. Purpure violacea colore οὐ πορφυρίζει, intellige. Estque in confinio coloris nigri οὐ albi ipse color: non verò fulvus. Quare hoc loco οὐταντον non nisi de colore nigro possis accipere. Καρδιπέτη τὸν φύλαν. Rei falsitas locum corruptum ostendit. Facilius correctio, si τὸ articulum expungas. Nam hic folliculus palinri velut solium est, sicut οὐ λόβος τῆς μελιᾶ. Est igitur καρδιπέτη θυλακόδε, ut dixit Dioscorides de tertia rhanni species; quæ nihil aliud est quam palinrus hac Theophrasti. Aliis fortasse malunt, καὶ τοὺς τὸν φύλαν: vel καρδιπέτη φύλαν: quia palinri fructus simul plures super folia in summitate nascuntur. Mihi magis probatur simplicissima correctio. Infra lib. οὐ cap. 4. alia est palinri species. Alia item apud Athenæum lib. 14. que Ζιζύφη species quædam. Αυτῷ, rebus αὐτοῖς. Λινοφύλλον. supra etiam in enumeratione τῶν αὐτοφύλλων βάσιμa posuit: Et sane folia non amittit rhanni secunda species, cuius flores lutei οὐ odorati, plures ex longo dependent pediculo. Βάτν. Κυνοφύλλον est rosa sylvestris Plinio, vulgo rose sauvage. Κυνοφύλλον, sentis canis Columel. vulgo Elgantier; quam ζυδίρια κυνα dixit Pythia apud Athen. lib. 2. Βάτν. verd κυνιφύλλον vocat Galen. lib. I. de Composit. οὐλιάδην οριβασ. Κατὰ τόπους, πικέων οὐ παλι. Βέδη apud Plin. lib. 17. cap. 13. ut rubi propaginem docuerint. Τοῦ τῆς ποια. Hic non τὸ φύλλον intelligit, sed κυνίλιον, quem fructus voce latius sumpta complectitur. Et sane ita est. Cygnosbati enim alabastri bulauistis similes sunt, non verò meloganatis. Vel accipe de pomis rudimento: capitula punicea dicit Celsus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Scribe, ut supra dixi, κολοιτεα. Hesych. κολοιτα διδεγνη. Idem Phavorinus. κολοιτα. Salix que decurtata moritur: folia enim habet saligna, & decurtata moritur. ut scribit Theoph. κολοιτα της κολοινον, διδεγνη.

Διδεγνη μὴ οὐ μίζεται. Sunt qui legendum contendunt, διδεγνη μὴ οὐ μίζεται. Sed hæc lectio nulla munitur auctoritate. Paulò infra διδεγνη τοῦ doctiss. Constantinus corrigit, τοῦ, quomodo etiam legit Theodorus. Malo ex cap. 14. hujus libri ιτια vel ιτια. A salice enim nomen habere videtur. Si vulgaris coloitea legitima, certè non male restituitur ιτια. Nam hujus particularia forma & facie saligna sunt, verum colore diversa. Ideo quoque supra dixit: οὐ κολοιτα ιτια τὸ μέρη φύλλων εἰσὶ οὐ τοῦ τῆς ιτια.

Coloiteam putant quidam plantam esse quam vulgo coloiteam vocamus, ab aliquibus senna dicta. Non esse sennam haud difficile probatur; quod senna non nisi paucis mensibus vivat, ac herba sit. Coloitea verò arbor est, multis annis durans. Graviss errant qui sennam coloiteam Theophrasti putant. Nam præterquam quod non sit arbor, pro fructu ostendit folliculum lunatum, in quo semen vinacearum instar includitur. Deinde sennæ fructu non pingue scunt oves; foliis etiam est glicyrrhizæ proximis, crassis, subpinguisibus. Nec quam vulgo coloiteam vocant, coloitea est Theophrasti. Coloiteam Theophrastus arborem magnitudine præstantem dicit, coloitea vulgaris ne arboris quidem nomen meretur, fruticosa quippe stirps est, hominis altitudinem superans. Deinde non fert fructum in siliqua, sed in vesicula. Sed λόβος voce vesiculas complecti Theophrastum dicunt. Id licet probari posset, tamen nihil faceret; fatendum enim est, reperiri coloiteam que in siliqua corniculata semen fert: sed magnitudine non est φαντα, lenta, multò enim minor est. De siliqua coloiteæ vide c. 18. lib. I. ubi εἰ λόβος non εἰ υμενον semen ferre scribit, manifestèq; inter υμενον & lobum distinguit. Præterea utraq; semine facile assurgit, etiam si non maceretur, id est, nec natura sua simplici assurgit caudice, sed plures stolones emittit. Coloitea alia vesicaria, alia siliquosa. Vesicaria fruticosa stirps est, que cultura in arborem haud magnam mutatur, in multis sese ramos diffundens. Si cultura non acceperit, caudicibus hominis altitudinem quandoque superantibus surgit, lignosis, non admodum crassis, qui in tenues ramos sparguntur. ligno constat sambucino, cortice sati duro, exterioris cinereo, interioris viridi, in cuius medio cavitas parva inest, medullæ loco. Folia oblonga sunt, ex pluribus ad unū nervum composita, veluti viciae, sed majora, superne glabra & viridia, inferne candidiora, & hirsuta, gustu amara, quorum singularia cum particula-

ribus fœnigraci convenire possunt. Flores lutei sunt, genitæ floribus forma similes, ex longis pediculis propendentes. His succedunt vesiculæ, vel folliculi membranæ.

Colytea.



si, pelluentes, non nihil purpurantes, prætumidi, ac veluti quodam spiritu turgido, qui, si premantur, dissipant, crepitumque magnum edunt. In his semina multa,

quæ

quæ nondum matura renis quandam formam ostendunt, colore luteo, gustu pisi, aut fabæ. Maturitatem adeptæ, tenuis forma sunt, dura, nigra, plana. A Majo in multam æstatem floret, interea folliculi maturum semen præbent. Apud Batavos hortensis est, nec, quod sciám, in incultis reperitur. Siliquosæ coloiteæ describit genera tria diligentissimus Carolus Clusius. Multas prior ex una radice fert bicubitalis, interdum & tricubitalis virgas, graciles, satis tamen firmas, in frequentes ramos divisas, folia alata septem, aut novem, uni costæ inhærentia, bina semper ex adverso sita, uno impare extremam aliam occupante, coloiteæ foliis similia, sed minora, saturatæ virentia, ingratæ admodum & amari saporis : è singulis ramulorum alis prodeunt tenues pediculi, sustinente plerumque binos nonnunquam ternos flores, coloiteæ similes, forma & colore, sed minores, & nonnihil odoratos : siliquæ teretes, oblongæ, quibusdam veluti articulis distinctæ, oblonga, levia, fusci coloris, & ingratæ saporis semina, singula singulis articulis inclusa habent; radix lignosa est, longæ latèque dispersa. Est & altera humilior, humique diffusa ; neque foliorum numero, aut situ, aut forma, neque florum forma aut colore à superiori differens : Sed hujus virgæ palmares aut pedales dunataxat, hyeme interdum marcescere solent, & novo vere denuo à radice regerminare : siliquæ & semina paria ; radix similiter dura, & lignosa, latè se spargit, & fibris aliquot donata est. Sponte & abunde nascuntur ad **Halenbergh**, vicinisque Viennæ montibus, tum etiam in nonnullis Pannonicæ montanis locis. Prior in Belgij hortis colitur nasciturque, ut adversiorum autores scribunt, in Valena Mompellani agri sylva. In hortis alta longè major evadit. Posterior etiam in hortis culta, paulò major fit, & plerumque virgas hyeme retinet : florent Majo. Tertia nititur radice crassa, & lignosa, lenta tamen, & flavescente cortice obducta, multisque fibris praedita : ex qua plures singulis annis, ineunte vere, novas producit virgas pedales, nonnunquam etiam cubitales, luntas, vimineas, laves, virides. Et in his temere sparfa alata folia, quina, septena, aut novena uni costæ inhærentia, efficacissimis primis gustus, deinde nonnihil acrimonie in summis labris relinquuntis. Flores in foliorum oblongis virgulis inhærent copiosi, leguminacei, in orbicularem coronam dispositi, flavi, nullo grato odore commendati, quibus succedunt articulatim distinctæ siliquæ, superioribus breviores, semen in singulis articulis continentis, polygalæ Valentianæ modo. Crescit in montium, qui à Danubio, & **Halenbergh** illi eminenti ad alpes exten- duntur, radicibus, inter vepres, & ad vinetorum margines. Floret Iunio, nonnunquam etiam Majo, subsequens hyems virgas corruptit. Non desunt, qui anagyrin vulgo vocatam, coloitem plantant. Sed nec hæc coloitea multis de causis esse potest. Quod non sit arbor magna, nec unistirps, facileque semine surget, nec decurtata moriatur. De anagyride circumfertur adagium. Suidas, ἀναγύρη δῆμος τῆς Ἀττικῆς, καὶ οὐ αἴσθητο, οὐ τελέσθητο, οὐ εἰπεγνωσία πάτερ θεός, κίτρινος τὸν αἰώνυμον, ἐπὶ τῷ επιπονατινῷ ιεντοῖς τὸν κράνον οὐ οἶδε τὸ Φυτὸν ὃ αἰώνυμον, ἀλεξινόν, οὐ δυστέλλει, οὐ δριμύν. Θεοῦ τε τοῦ διαφοροποιῆς δυναμεως, τὸ οὖτε σπέρμα, λιπαρόντος ιεντοῖς τὸν κράνον, οὐ δέσθητο αὐτὸ φυτόν. Anagyris civitas Attica. Flos, qui tritus odorem emittit, unde proverbium, anagyron conmoves, in os qui sibi ipsis malorum autores essent, est autem anagyron planta, que nocumenta ac diras arcit, & graveolens, & acris: facultati calide & discutientiæ. Semen tenuissimum partium est. & vomitus excitandi virtute prædium. à nonnullis ipsa planta onogyris vocatur; Duas confundit plantas, onogyron, & anagyron. Vide lib. 6. cap. 3. Adagium hoc varie narratur ab auctoriis bus. Alii ad fruticis referunt naturam, de quo nobis jam sermo est; medicamentis efficacem, verum odore majorem in modum gravi, maximè, si manu teratur, cuius fructus, si intus assumatur, vehementer vomitum mover. Unde vel ab odoris gravitate, quæ carpentem consequitur, vel à concitandi vomitus efficacia, parœmia deducita videtur. Alii anagyrum genium quendam existimant, qui propter violatum facillum suum, vicinos omnes funditus everterit: atque hujus proverbii mentionem fieri apud Aristophanem in Lysistrata.

Πόθεν εἰσιν αὐτοὶ γράψαντο θεού τῇ τὸν δίκην
· Ο γένιν αὐτοὺς μοι κεκινήθαται δοκεῖ.

*Vnde advenit? ab Anagyro. Ergo per Iovem
Anagyrus esse motus apparet mihi.*

Aliis alia placet sententia, Sufficit duas in medium at-
tulisse. ἀναγύρη dictum putant à natali solo, ut anagy-
rum pro frutice non secus sumamus, quam anticyram pro
hellebore. Sthephanus οὐ πόλεων. anagyrum locum esse
ait in Attica, quæ ad tribum pertineat Erechtheidem,
ἀναγύρης, δῆμοι ἐρεχθίου φυλῶν. Describitur à Diosco-
ride libr. 3. cap. 158. αἴσχυρον, οὐ οὐκ αἴσχυρη, οὐ οὐκ αἴσχυ-
ρηστη, θάμνον τε φύλλοις ἐπιστρέψασθαι φασι μέτρον αἴσχυρη, δι-
φράδης, βασινόμην ἐχρύπη. αἴσχυρος περιεμβολίαν καρπὸς εἰ καρποῖς
μακροῖς τὸ χήμα νεφρῶν. πτυκίοις, στενοῖς, οὐληγενετη τὸ πέπλον τὸ
επιφύλαικον πτυπασμόν. Anagyrum sunt qui anagyron, aliis acopon
vocant. Frutex est arboris instar, foliis & virginis vitici affi-
milis, per quam gravis odore, flore brassicæ, semine in longis
corniculis, renibus figura simili, versicolore, ac solido; quod
uva maturescens durescit. Αναγύρη vocari tradit apud O-
ribasium ἀναγύρη; in antiquis Plinii codicibus acorion &
acoton. Vera lectio αἴσχυρη. Nomen accepisse putant,
quod moveri nolit, propter gravitatem odoris. Apud
Plautum & Festum nausea dicirur, quod nauseam odore
suo viroso moveat. Nausea, inquit Festus, herba gravis;
qua coriarii utuntur, à navi quasi nausea dicta. αἴσχυρη
εἶ τοντος. Plinius flore oleris vertit. Sic enim brassica καρ-
ποῦ οὐλην vocatur. in Moreto.

Hic olus, & latè fundentes brachia betæ:

Varro lib. I. de Re Rust. c. 18. Quod usque eo est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent, ut virtus ad sita ad olus facere solet, ut quercus si juglandes, (in Regio antiquis. codice juglandes) magnæ crebræ, finitima fundi oram faciunt sterilem. Quem fugit? inter brasicam & vitem maximum esse odium. Plinius lib. 29. cap. 4. de gallinaceo jure. Efficacius enim cocti cum oleo marino, aut cybio, aut cappari, aut apio, aut herba mercurialis, aut polypodio aut anetho. In antiquiss. nostro codice aut cibo, aut cappari legitur. Scribe cnico. Diosc. lib. 2. cap. 53. de eodem gallinaceo jure ἵνα ἡ σωτίφυτη καρφίσκη θελασία. ἡ λινίζασιν, ἡ κινήγη ἡ πολυπόδεος. Sunt qui marinam brasicam, mercuriale, cnicum, aut polypodium simul incoquunt. Constat ergo, olus κατ' ἕξοχον brasicam vocari. καρφίσκης εἰς περισσούς μακεσί. Oribasius μικροῦ. Vulgatam Plinius defendit libro 27. capite 5. Anagyros, quam aliqui acopium vocant, fruticosa est, gravis odoris, semen in corniculis, non brevibus, simile renibus, quod durescit per messes. Dioscorides maturecente uva; parvo discrimine. Non multum refert, an per messes an

Anagyris.



flua *mature* *sc* *ente* *semen* *dure* *scat*. In veteri codice *air* *seg* *es*, *spos* *vla* *@* *legit* *ur*. In alio verò codice, *in* *neg* *cor* *spis* *er* *los*. Vulgatam probat Oribasius. Pro *anagyri* Botanic*i* plantam

plantam cuius imaginem adpingere curavimus, ostendunt. Arbuscula, vel exiguæ arboris instar frutex est, humanam altitudinem non multum superans, interdum minor, interdum major, calidioribus præsertim regionibus, (nam alibi duorum etiam hominum magnitudinem æquante conspexit diligentiss. Carolus Clusius) multis ramis à radicibus suis fruticosa assurgit, cortice ex viridi nigrante obductis, & quibus ramuli profiliunt, onusti foliis trifolii asphaltitis, dilutiis tamen superius virentibus, aversa parte incanis, ut viticis folia, odoris, ut spatulae fœtidæ vulgaris, adeò gravis, & terti, ut transversibus suo fœtore caput offendat. Ex foliorum sedibus & aliis, bini, terni, aut quaterni ad summum flores simul prœdeunt oblongi, quinque foliis constantes, genitæ ferè aut cytisi florum modo; sed quorum supremum, quod reliqua integrat, brevius est, & minimè, ut in illis, reflexum, coloris intensius aurei, reliquis pallescensibus. Siliquæ deinde succedunt digitalis longitudinis, pollicaris verò latitudinis, cartilagineæ; in quibus terna aut quaterna semina nonnunquam plura, satis magna, exiguis phasiolis æqualia, renis forma, quæ initio candidant, deinde purpurecentem colorem contrahunt, tandem cum plenè matura, ex cœruleo nigrant. Ut apertissime Dioscorides πολύνιος dixerit. Nam in eodē fructu non exactè maturo, tres differentes colores subinde conspicuntur. In plerisque Galliæ Narbonensis, tum & Hispaniæ locis absque cultura gignitur. Floret istis Ianuario & Februario, æstate semen maturescit. Bellonius lib. I. observ. cap. 17. in Ida monte nasci scribit, antiquumque obtinere nomen. *Anagyridis*, inquit, *arbustum paßim secundum regias vias nascitur, tam fœtido odore, ut capitum dolorem inducat, antiquum nomen etiamnum retinet*; nam *anagyros vulgo dicitur, adeo ingratissimi est saporis, ut ne famelicè quidem capræ degustare sustineant*. Honorius Bellus Cretensis Medicus contrarium ferè asserit, epistol. I. ad Clusium. *Anagyris*, inquit, *paßim secus vias provenit, differtque ab ea quam tu lib. primo Hisp. hist. stirp. cap. 43. describis. Nam rotundiora folia profert. vocatur açoneg, acceditque interdum, ut capra, & oves fame vexatae, solta hujus depascant, licet odoris sit ingratisimi, & postea ex harum lacte caseus conficiatur: quo si forè ignorans aliquis vescatur, aut lac bibat, statim excitantur, tum vehementissimi vomitus, tum fluxus ventris, ut cum hoc sœpiissime accidat, multi in vita discrimen venerint, eam ob causam frutex hic omnibus est exosus*. Ad anagyris classem referri debet *Laburnum vulgo vocatum, trifolia arbor vocata; quod tria communiter habeat folia, quamquam aliquando quatuor aut quinque, uni pediculo adhaerentia, proferat, ut ei qui antea non observavit, diversa ab altera videatur*. Hujus tria quatuorque genera coluntur in horto medico Lugdunensi, cui summa cum laude præest Clariss. Adolphus Vorstius Med. & Botanicæ professor insignis. Aliud folio majori, minori aliud, reperitur latiori, invenitur angustiori. Quod latifolium vocant, folia fert terna longa, magna, & lata, solida, atrovirentia, hujus flos cubito major est: laburnum Plinius esse volunt, cuius Plinianus lib. 16. cap. 18. meminit. *Aquas odore cupressi, juglandes, castaneæ, laburnum. Alpina hæc est arbor, nec vulgo nota, dura & candida materie: cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt*. Laburni vulgaris materies medullitus nigra est, corticetenus lutea est, in modum guaiaci. Apes præterea ejus flores non aspernantur. Verum, ut Mathiolus scribit, flores ejus attingunt. Quod verò palmi longitudinem florem non excedere scribit, id de omni laburno vulgo dicto verum non est. Reperitur enim in horto medico, cui longè major sit flos, vulgo *goude keten aurea catena* vocatur. Aquas vel aquolos tractus aspernare non videtur. Nam insignis, & magnæ altitudinis in Batavia fit arbor, etiam Amstelodami, ubi solum satis aquosum & humidum. Quare, non multum à vero absunt, qui arborem hanc anagyrum alteram faciunt.

Hæc altera est, à priori longè diversa, ut ex utriusque planè diversa descriptione palam fit. Legitum cum doctiss. Gaza στέμματος ἡ οὐσία τὸ πόνον.

Totū τῆς πλειάδος. Doctiss. Constantin. corrigit μετάβασις; quia supra cap. II. de fraxino scriptit Theoph. Ταὶς φύκαις τῷ μὲν χρυσῷ διφονδῖ, αλατοφύλλας δέ φυτα. Si ad verba Theophrasti diligenter attendimus, nec hæc nec vulgata lectio sana. Folio, inquit, esse lauri latifoliæ, sed rotundiori, & majori, ut vel ulmeo vel fraxino simile appareat. Verum quidem est, fraxinum foliis esse lauri latifoliæ, sed longioribus, in acutum desinentibus. At Theophrastus inquit, rotundioribus esse, & amplioribus; qualia nec ulmo, nec fraxino sunt. Scribo, μελισσα. Malii folia

ampla laraque sunt, rotundis longiora. Sunt, quidem, inquit, folia coluteæ similia lauro latifoliæ, sed rotundiora, & ampliora, adeò malo simile apparent, nisi quod paulò etiam oblongiora sunt.

Kaj πολύνιος &c. hæc corruptissima. Corrigit Constantin. πολύνιος, εἰς τὸν ὄπιδην, τοῦ λεπτοῦ λοι πολύνιος μεταξὺ τοῦ &c. Quid folio cum radice? Prætereas bis de radice ageret Theophrastus; sequitur enim infra, πολύνιος ἡ ἴστιπλανης ἡ λεπτός, καὶ πολύνιος. Legunt alii πολύνιος τοῦ λεπτοῦ λοι, μεταξὺ τοῦ πολύνιος δῶν μισθος κατετεύοντο, deletis supervacuis his dictionibus εἰς τὸν ὄπιδην & καὶ τοῦ πολύνιος. Certè voces hæc vel supervacuæ, vel corruptæ; Quorsum enim tau-tologia ista ὄπιδην, πολύνιος, καὶ πολύνιος εἰς τὸν ὄπιδην &c. Quod si cognita foret planta, facile quid aliud in locum, τοῦ πολύνιος, posset substitui; exempli gratia τοῦ λεπτοῦ λοι, τοῦ πολύνιος ποτεστος, ποτεστος vel simile quid. Quare cum doctiss. viris lego πολύνιος τοῦ λεπτοῦ λοι μεταξὺ τοῦ πολύνιος δῶν μισθος κατετεύοντο. Superne viridi, inferne cano, fibris multis tenuibus nervoso, inter eas positis, que à media, costarum instar, ducuntur.

Τλω ἡ καρποῦδη καζεν. Vertunt. Amentum autem surculum, Verte. Cachrym autem in thyrsum fastigiatam, vel clavatam gerit. Vide cap. 7. hujus libri κερανίδης καζεν, est cachrys oblonga, in modum clavæ.

Kaj τὰς ὄφημες &c. Gemmasque circumfolia. id est, quæ globum nascentium foliorum in podium explicatum ac reclusum obvolutum & operunt, Sic populi nigræ oculi primùm erumpens gerntem resinofum vocamus, quando folia nondum expansa sunt, sed conclusa, & convoluta, instar pilulæ oblongæ.

Ida ἡ μὲν ἡσεὶ τλω ἡδω την &c. Multi arborem Iudeæ vulgo dictam (de qua etiam alibi nobis agendum erit, cap. de ceronia & spina Ægypti.) colutæ esse volunt. Multa tamen prohibent hanc probare opinionem; quod folia ferat circinatae præpemodum rotunditatis, lauri, mali, fraxini, ulmi foliis rotundiora. prætereas, quod nec sit arbor nodosa, nec ramosa. Insuper, quod nec clayatam cachrym, vel cachryos quid simile gerat. Cortice etiam constat levi, nec gemmas ostendit, læves, pingues, candidas. Denique, quod fructum floremque fert, cum utroque carere Theophrastus ex aliorum sententia scribat, Arbor Iudeæ interdum in arbore justæ magnitudinis locis cultis crescit: neglecta verò & sponte nascens, ut plurimum inter frutices potius, quam arbores referri debet, & caudice lignoso rariores fert ramulos, alternatim ex lateribus nascentes, cortice ex purpura nigrante vestitos; qui primo vere ante folia, aut iis germinare incipientibus, inferiore parte ternos, aut quaternos simul junctos ferunt flores, ochri forma, sed colore eleganti, purpureo, rubentes; folia deinde ex intervallis prodeunt asari fere, sed tenuiora, circinatae propemodum rotunditatis, nervosa admodum ut aristolochiarum, & dura: superiori parte dilutiis quam asari virentia, inferiore verò nonnihil candicantia. Floribus succidunt membranaceæ purpurascentes siliquæ, & quodammodo transparentes, compressæ, digitalis longitudinis & latitudinis, in quibus semen lentis, planum, durum. Aliud genus reperitur per omnia ferè simile, præter florem; qui in hoc canticat, cum in superiori pūrpureus sit, & corticem virgultorum, qui canticat potius, quam purpuraseit. Primum in nonnullis Hispaniæ Provinciis in sepibus ac dumis reperitur. Italiae queque montes, ac Narbonensis Galliæ agri hoc non destituuntur frutice. Apud Belgas in hortis colitur. Novella stirps adversus hyemis injurias servari, muniriq; debet, adulta hyemem fert, etiam satis favam. Alterum genus flore candido, sponte nascens, non observavit diligentissimus Clusius, sed semine duntaxat natum vidit in quibusdam Belgicis hortis.

Tns μὲν ἡ διφονδη. De lauro agit Alexandrina. Lauri forma quedam nomen lauri accepisse extra controversiam est. Sed unde Alexandrinae αἰλεῖα δρεῖα nomen accepit non constat. Nonnulli ab Alexandria Troadis, ubi mons est Ida, nomen accepisse scribunt. Circa Idam nasci auctor est Theophrastus. Plin. lib. 15. cap. 30. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec nisi in montosis, &c. Hæc opinio aliis minus probabilis; qui non ab Alexandria urbe nomen impositum volunt, verum ab Alexandre ipso, à quo & urbi nomen. Unde αἰλεῖα δρεῖα διφονδη, vel, ut apud Hesych. αἰλεῖα δρεῖα. Αἰλεῖα δρεῖα, inquit, βοτάνη διφονδη. Sic αἰλεῖα δρεῖα, καὶ αἴλεια ab Achille, λυτράχια à Lysimacho, ηγετέλειος φυτὸν & ηγετέλεια ab Hercule. Ab Alexander hæc nomē invenit, quod ea coronatus fuit Alexander. Stephanus ιετις εἰλεῖα δρεῖα βοτάνη, ηγετέλεια πατέλεια ηλεῖα δρεῖα, ηγετέλεια αἰλεῖα δρεῖα οὐ πάτελεια.

Επιδεινούσι τοις καλέσου, οὐ δὲ καραβόφυλλον, οὐδὲ ἵππουλάκησπον.
ἢ Φυλλόκαρπον. In scripto codice habetur, οὐ δὲ ἵππουλάκησ-
πον. Εἰ φυλλόκαρπον. In Ald. editione legitur, οὐ δὲ ἵππουλά-
καρπον. Φυλλόκαρπον. Vera lectio ἵππουλάκησπον Φυλλόκαρπον,
ut doctiores judicant. Vide quae infra dicuntur. Alexandria (ita vertere placet, non Alexandrina, ut fecit Plinius,
nam ab Alexander, non Alexandria nomen habet) Herba
εἰς planta, ab aliis Alexandria. Hac in certaminibus corona-
batur Alexander, nonnulli Danaen vocant, alii Chamaedaph-
non humilem laurum, nonnulli epiphillocarpon; vel phillo-
carpon; vel, ut in scripto codice legitur, epyphillacanthon
Diosc. lib. 4. c. 142. Hac de causa σίφανος Αλεξάνδρου vocari
tradit. δέ φην αἱτιάδρεια, οὐ δὲ ιδεῖσθαι, διὸ δὲ θαύματον
οὐ δὲ σφύλλων καλέσον, id est, Laurus Alexandria,
quā aliqui Ideam, aliqui Danaon, alii hypoglottion, alii Za-
leam, alii deniq; stephanon vocant. In optimo codice ex-
cellentiss. Salmasius hunc locum legi ait, οὐ δὲ σίφανος αἱτι-
άδρεια καλέσοι. Reliqua mox examinabo. Hec Plin. partim
de Lauro Alexandria, partim de daphnoide. Est, inquit,
εἰς Alexandrina, quam aliqui Ideam, alii hypoglottion, a-
līi daphnitin, alii carpophyllum, alii hypelaten vocant.
— *Iā quoque quod daphnoides vocatur genus, in nominum*
ambitu est, alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon
Alexandri vocant? Sic solet Plinius confundere herbarū
genera & nomina, ex aliqua similitudine ac vicinitate.
Non daphnoides, sed laurus Alexandria sic vocata fuit,
teste Dioscoride & Stephano πόλει πόλει. Sed quis ille A-
lexander qui coronatus fuit Aleandrea lauro? Philippine
filius Macedo, qui & magnus? Non videtur. Theoph. qui
Alexandri Magni ætate vixit αἱτιάδρεια δέ φυλον hanc vo-
cavit, ut videatur non recens nōmē ab Alexander, Philippi
Macedonum Regis filio, sed antiquius ab alio quodā A-
lexandro impositū nōmē αἱτιάδρεια. Et quis ille Alexan-
der? De Paride Alexandro accipi oportet. Nam Theoph.
peculiarē facit fruticē Idæ Troicæ. Græci quoq; cum ad
Troiam essent, quod indidē coronare inter, Danaen & Pe-
laspon cognominarunt. Præter Alexandrū Paridē εὐτε-
ργῶν fortissimus, &c in Idæ educatus, nemo fuit, vel saltem
sic inter autores convenit. Hic Alexander in agonibus
certaminibus, in quibus omnes vincebat, hac latro coro-
natus est. Locus etiam fuit in eadē Idæ, qui Alexandria
vocabatur, ab hoc Alexander, quo in loco judex inter
Deas sededit. Idem Stephanus; ή γη τόπος εὐτερού της τρετης;
Αἱτιάδρεια λεγούσθαι εἰς φυσική Πάτερ διακείμενη της θεού. Est
etiam locus in Idæ Troico Alexandria dictus, in quo Parin
inter Deas judicasse referunt. Αγῶνες sunt Iudrica certa-
mina, in quibus Paris omnes vincebat.

Solus qui Paridem solitus contendere contra.

Immo ipsum Hectora devicit. Servius. Sanè hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit: adeò, ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiā Hectorem: qui cum iratus in cum stringeret gladium, dixit se esse germanū, quod allatis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat. Ab hoc Alexandro Alexandra planta dicta. Eadē laurus Danaa cur vocata fuerit dixi. Prō Danaa apud Plini. Daphnitis legitur. Alii Daphnitim, inquit. In antiquo, Alii damphnem, legitur. Scribe ex Stephano, & Diocoride. Alii Danaen vocant. Quomodo in aliis antiquis codicib. quidam scriptū esse obſervarunt. Idēam ab Ida monte nuncupatā esse, extra controverſiā eft. Ζελεῖα vocari tradit Dioſeοrīd. In altero codice ζελία legitur Veriſimile à natali ſolo nomē impositū; Helych. enim ζελεῖα exponit, πόλις καὶ θέλαια. Fortè nomen hujus lauri ζελεῖα; quod in ultimis Ida radicibus naſceretur. Strabo lib. 13. ubi de Troade agit. Η δὲ ζελεῖα εἰ τῇ παρωνείᾳ τῇ οὔτητι τῆς Ιόνης εἴνει. ἀπίκεμπτα καὶ ζελεῖα μὲν στοιχίοις ἐντονήγουντα καὶ ἔργα. Ζελεῖα in ultimis Ida radicibus à Cyzico abeft ſtadia cxc. Idem in initio libri, πολλοὺς δὲ ἵκουσας ω̄ποδιας ή ἴδη καὶ οὐκοπινθεῶδης οὐτοῦ τὸ χρυσοφύλακτος αἱρεσίῃ τούτους, πολλεὶς τέλος ζελεῖαν ακρητεῖον εἰ τῷ καλουμέρῳ λέκτῳ τῷ μὲν πετάρη εἰς τοὺς μισθωτας μικροὺς ὥστε τὸ κυζικηνόν. καὶ δὲ καὶ ησιν τὴν ζελεῖαν τὸ κυζικηνόν. Cura autē multos pedes habeat Ida prominentes, & ſcolopendram forma referat. His duobus extremis terminantur promonto-riis: uno quod ad Zelēiam pertinet, altero Lepto, prius in me- diiterranea definit; haud multū ſupra cyzicenum agrū: bodie quidē zelēia Cyzicenorum eft &c. In M.S. uno ζελεῖα male legitur. Dico corruprē legi. Nam ſeries alphabeti Stephanii & Helychi yulgatam probant lectionē. Stephannus ζελεῖα πόλις τεμαθός, οἱ δὲ ζελεῖα εἴσιοι, ἑμερώθ. Δέ τοι ζελεῖον ήγενος. οἱ δὲ ζελεῖοι αὐτοῖς φασι. Helych. ζελεῖα πόλις τεμαθός. Laurus iraq; Alexandria, à natali ſolo non ζελεῖα, ſed ζελεῖα nuncupata eft. Oi δὲ ιανόγλωσσοι. Tria conſideranda, an legendum ιανό- γλωſſοι vel ιανόγλωſſοι quod idē eft? An ιανόγλωſſοι nomen, lauro Alexandriae conueniat? An hypoglossum à Dioic. lib. 4.c. 132. deſcriptum eadē fit planta quam eodē libro

cap. 147. lauri Alexandree nomine describit & ἵππογλωττον vocari tradit. Postremum ubi de delineatione plantæ sermo erit examinabimus. Nonnulli ἴππογλωττον legendum contendunt. Rusci, inquiunt, folia habere omnes testantur; Sed non adeò grandia sunt: præterea in cuspidem acuminate desinunt, quæ ob causam, sive magnitudo sive equorū linguae figuram ea voce intelligas, nulla in foliis ratio ejus erit, nec si etiam, ut in Plinio legitur, Græcam præpositionem τὸν, conjunctam lingua à Gracis fuisse credideris, Dioscorid. histriæ respondebit. in ἄρχει enim, id est in summo linguæ exire hic ait, οὐδὲ τοῦ φύλλου, id est, secus & secundum folia, quæ hic intelligit, in caule supremo. At caulis desinens non folia proferat, sed conseruat lanuginis potius, quam foliæ come in latitudinem se aperiens involucrū, non aliter quam in spicatis seminibus aliquibus, & floribus fit; differt tamen à spica, quod rotundæ, quatuorve plerumque angulis spicæ surgunt: in hoc verò quod ultimum in caule existit, in latitudine se explicat, & quoniam humanā linguam imitantur, ideo hippoglossum, quasi grandis lingua dicta. Hec, inquiunt, nobis origo nominis & causa est; que licet Plinii historiæ adversari videantur, (ait enim, & in iis ceu linguis, folio parvo exeunte de foliis) meminerunt omnes, (inquiunt) sequi nos Græcos scriptores, præcipue Dioscoridē; & in vertendis ejus verbis quam debemus illi fidè prestare, qui in ἄρχει παρεῖ τοῦ φύλλου, prodire in hippoglossi dicit, quod est in summo, & secundum folia, non ex foliis, sed ex summo caule, qua parte desinunt folia: id enim in ἄρχει aperte significat. His verbis intelligi volunt, hippoglossum neq; à foliorū, quæ rusco similia haber, magnitudine, neq; ab equinæ lingua figuræ dici, neque hypoglossum recte à Plinio nominari, quod in ἄρχει, id est, in summo caule proferat, quæ humanā linguā imitantur, inde hippoglossū, id est, grandis lingua nuncupandū. Hi non videntur milii verum hypoglossum vel, ut legendū contendunt, hippoglossum indicare. Nescio quam spicatum lanuginem inducere conantur, cuius nullus unquā auctor in hac plāta mentionē fecit. Alii perinde scribunt an ἴππογλωττον, an ἴππογλωττον scribamus; Nil, inquiunt, ad plantæ cognitione facit, an ἴππον vel ἴππον dicatur; cum utrique nomini eadem planta aptari possit, eademq; erit; ut scilicet hippoglossum, à foliorū magnitudine, magnā linguam referens, dicatur, hypoglossum verò à ligulis foliis hæretibus, τὸν scilicet γλωττον. alii ἴππογλωττον legendum contendunt. His favet & series alphabeti, qua usus in libris simpl. Galenus. hic libr. 8. in littera Ὂ πόνον vires rēcensēt, quæ sequuntur Ᾱeginata & Ᾱetius. Et hanc nominis rationē redditum Galenus, Ᾱegineta, Ᾱetius, ἴππογλωττον αἰόρηστοι μὴ εὖ τοῦ ὀντος φύσιος in ἄρχει τοῦ κριμβον παιτητα γλωττάεσσον. Hypoglossum ita nominatum est, quia propagines parvarum linguarum sub summis corymbis producit. Prior lectio Oribasii confirmatur auctioritate, qui in littera ἴππογλωττον describit. Ex his, concludere licet, inter veteres ipsos, non satis constare utrum ἴππογλωττον an ἴππογλωττον scribendum sit: Vel, quod mitius est, in antiquissimis Dioscoridis codicibus inscriptionem capitis hujus diversam fuisse, ac in non-nullis quidem ἴππογλωττον in aliis; ἴππογλωττον scriptum fuisse. Galeni icterim lectio magis arridet. Alterū enim etymon non convenit hypoglosso, quod nec magna habet folia, nec linguam humanam referentia, uti, cum descriptionem & hypoglosso, & lauri Alexandree examinabo, ostendat. Alterum est, utrum laurus Alexandra hypoglosson dicta, & an nomen hoc ei conveniat. In vulgatis Dioscoridis codicibus, laurum hanc nomen hoc obtinuisse legitur. In antiquis codicibus vocem hanc non legi, quidam scribunt. In antiquo verò Plinii codice, Venetiis impresso, hippoglotchion legitur. Quod corruptum videtur, ac scriptum fuisse hippoglotton, vel hypoglossum, vel, ut in vulgaris habetur, hippoglotton. Cur hippoglotton vel hippoglotton dicatur non video. Scribo hypoglostum, vel hypoglossum. Nomen illud accepit, quod hypoglosso alteri, sic κατ' ἴππον dicit, similia habeat folia. Utraque enim rusci folia habet, & comam spinosam. Quare nomen illi hoc præter rationem impositum, quod, nisi apud Plinium legetur, apud Dioscoridem expungerem. Postremum, ut dixi, infra examinabo. Cur στέφων ἀρέσκειν dicatur, ex iis quæ supra dicta sunt constare arbitror. Stephanus ἴπποφύλλον vocari tradit, pro quo in Aldina editione ἴπποφύλλον, scriptum dixi. At verò in scripto codice legi ἴπποφύλλον. Sic, inquiunt, dicebatur, quod folia pungentia haberet, ut myrtæ sylvestris. Sed μῆλαν πορεια molliora inquit Dioscorides esse, id est, non pungentia ut bruscas. Quare haud scio, an nomen illud conveniat. Verum est quod Plin. ait, folio esse myrti acutiore, molliore, & candidiore. Nescio tamen quomodo mollius & acutius, nisi velit extrellum folii pungere, reliquum